

Liber Quintus.

De tumoribus præter naturam, & .i. quid sit tumor.



TUMOR quem Græci ὄγκος dicitur est teste Hip. omnis præter naturam molis uel tumor id unum est eorum quæ corpori accidunt, distensionem in longum latum & profundum significans ac naturæ modum excedens, uel tumor est id incrementum, per quod partes corporis à naturali habitu in quantitate recesserunt, quæ definitiones etsi tumori quadrent, in multis tamen mancas esse putarim. Nam incrementum quod loco generis in definitione ponitur, non modo ægris, sed etiã sanis cõuenire potest, siquidem crassi in latum & profundum ultra naturalem statum augeri possunt, quum nedum adhuc præter naturam se habeant. Hæc igitur particula scilicet actiões lædens, in definitione deficiet, alioqui tumor de quo loquimur non esset morbus, sed potius symptoma uel aliquod pathema ut dolor. Erit itaq; tumor ita definiendus. Tumor est præter naturale incrementum, naturalem statum in corpore excedens ac noxam actionibus inferens ab aliqua materia replète ac extendente confectum.

Loci consentientes de definitione tumoris.

Loquitur de prima definitione Gal. 1. pronost. com. 33. c. 13. *ibi.* Tumorem solet Hippocr. nominare omnem molem præter naturam etc. De. 2. loquitur. 1. de tumoribus præter naturam. c. 1. *ibi.* Quod apud græcos ὄγκου uoce significatur, unum quoddam ex his quæ corporibus accidunt, existit. Sic, n. nominant ipsi ὄγκος, id est distensionem, non autem dimensionem ut

Aug. luc. De. 3. definitione uerba fecit Gal. 13. meth. ca. 1. ibi. In hoc. 13. de tumoribus qui præter naturam incidunt differere incipimus, in quibus scilicet partes à naturali habitu in quantitate recesserunt etc. Quod uero non integræ sint ista definitio nes ostendit Gal. non solū in. 1. de tumoribus. cū exemplū afferat de crassis. sed etiā. 1. de morb. diff. c. 12. ubi inquit. si tumor ad tantam magnitudinē attollatur, ut ob hanc ipsam functionem impediatur morbus censerī debet, alioqui uel symptoma uel pathema sicut et dolor etc. quibus uerbis plane adserit. particulam super a me dictam in his deficere, Quod autē nostra definitio sit uera probari potest tali ratiocino, Illa est uera definitio, quæ datur per genus & differētiā, et nullius rei extraneæ essentiam explicat quā definitæ, sed definitio hæc a nobis dicta est huiusmodi, igitur erit uera. Quod probari facili poterit, si singulas definitionis partes examinemus, nam particula præter naturale incrementum quæ loco generis ponitur, dicta est ob ipsos uentris mamarum ac testiculorum tumores qui sunt naturales, Deinde naturalem statum excedens, adiunctum est, ob alicuius partis uel totius symetriam, quæ naturæ limitēs non excedit. Subdidi, noxam actionibus inferēs, ut excludatur symptomata ipsa quæ morbū sequuntur, ob aliqua materia, pp tumores in luxationibus quæ ex ossibus non ex alia materia humoralī constituuntur. Demū additū est, replente ac extendēte, ut ostendatur tria esse morborū genera in tumore simul coeūtia, scilicet intēperies, mala compositio & soluta continuitas. De diuisione tumorum in genere.

Tumorum tres sunt principales differentia, quas Iuniorēs in sex postea partiti sunt, Nam tumorum aliqui fiunt cum dolore, ut inflammationes, aliqui absque dolore, qui sunt molles uocantur edemata, si duri, hos Græci uocant scirrhus. Quod si inter inflammationes erysipelas,

inter œdemata flatuose inflationes, & demum ἀποστήματα
connumerentur erunt sex scilicet inflammatio Erysipelas;
œdema scirrhus inflatio & ἀποστήμα quod latine abscessus
& barbare exitura nominatur.

Loci consentientes de tumorum diuisione.

Gal. aph. 4. com. 34. Neq; nos latet triplicem esse tumorū
differentiam, uel enim sunt cum dolore, quos iuniores inflam-
mationes nominant, uel absq; dolore duri, quos græci scir-
rhos, uel sine dolore molles quos œdemata idest inflationes
& c. Quod uero Erysipelas inter inflammationes enumeretur
lege Gal. 2. ad Glau. cap. 1. ubi Herpetes Erysipelata inter
inflammationis speties connumerat, de quibus cum fecisset
mentionem, postea hæc uerba subdit, Inflammatio quidem in
tot speties secundum ipsam passionis naturam diuiditur, Mul-
tas uero quispiã prætermittas putaret deceptus multitudine
nominum, sed hæc omnia inflāmationes quædã sunt in prio-
ribus comprehensa spetiebus & c. Et sic Erysipelas est inflā-
mationis speties.

Obiectio.

Si Erysipelas inter inflammationes reponitur, non erunt
igitur sex tumorum genera distincta ut iuniores adserunt.

Responsio. Satis tuæ obiectioni facit Galen. in primo
ad Glau. cap. ult. ubi inquit, quod inflammationes dicēban-
tur a ueteribus, quædam ueluti excandescentiæ, sed a iunio-
ribus non æque. Neq; enim Herpetes neq; erysipelata nec tale
aliquid quicquam inflammationibus annumerant, sed uni tan-
tum affectui ex calidis, qui fit cum tumore duro atq; dolore
phlegmonoso, & c. quibus uerbis plane significatur quod iu-
niores aliter ac ipsi ueteres de tumorum generibus loquun-
tur, idcirco iuniores plura, ueteres uero pauciora esse fa-
ciunt, uel dicimus quod si erysipelas fiat a sanguine tenui in-
ter inflammationes connumeratur, sed si a flaua bile pro-

ueniat erit distinctum aliud ab inflammatione genus, & sic sex erunt.

De causis tumorum præter naturalium
in genere.

Omnis tumor fit uel per fluxionem uel per congestionem
Fluxionis causæ sunt quinque pars expellens, membrum susci-
piens, multitudo uel mala qualitas humoris meatuum laxitas
& amplitudo, & membri caliditas seu dolor attrahens, Cō-
gestionis causæ sunt error facultatis alteratoris & altricis,
& imbecillitas expulsoria. Rursus tumorum causæ primiti-
uæ sunt, casus, percussio, fractura, distensio luxatio & inor-
dinata uicium ratio Antecedentes causæ sunt quattuor humo-
res tam naturales quam non naturales, ex naturalibus primū
ex sanguine oritur phlegmone ex flaua bile erysipelas, ex pi-
tuita edema, ex melancholia scirrhus, ex non naturalibus,
ex ijs scilicet qui a massa sanguinis segregati sunt abscessus,
& pustule proueniunt, Causæ coniunctæ sunt materis siue
humores in ipsa laborante particula contentæ, Tumorem
actu producentes &c.

Loci consentientes de causis tumorum præ-
ter naturalium.

Conciliator diff. 96. Apostema dupliciter generatur, aut
per fluxionem quando materia ex uenis & arterijs ad mem-
bra glandulosa defluit, aut per congestionem, quæ fit a super-
fluitate nutrimenti. De his similiter loquitur etiam Gale. 2.
de diff. feb. cap. 11. & 13. meth. cap. 5. & 6. de sympt. cau. cap.
2. ibi tumorum causa est humorum fluxio &c. Quod autem
causæ fluxionis sine quinque lege Auic. 2. 1. cap. 18. ubi ex parte
membrorum enumerat membrum expellens & debilitatem
membri recipientis &c. Quod calor membri & dolor sine
causæ fluxionis lege Gal. 13. meth. cap. 5. & 6. ibi sane fluxio =

nis causa duplex est & c. De causis congestionis loquitur Gal.
 etiam. 11. meth. cap. 5. & 2. de diff. feb. ca. 2. ibi at cum plus as-
 sumptum fuerit quam possit alterari, de quod superfluum est
 a uirtute expulsoria detruditur, quæ si imbecilla fuerit, grauat
 & extēdit & in eodē loco residet & c. De causis primitiuis
 loquitur Aui. 3. 4. ca. 1. ibi et de eis primitiue sunt cōfusio aut
 incisio aut fractura aut diffocatio & c. At de antecedētibus fa-
 cū mētione Gal. 1. de dif. mor. ca. 12. ibi. Principio qđ oēs nascā-
 tur ex abūdāti humore, Erysipelas à flaua bile, cācer ab atra
 Phlegmone à sanguine, ædē a pituita & c. Itidē ait. 13. meth. c.
 4. & Pau. li. 4. ca. 17. sub diuersis uerbis hæc met recitat, &
 Aui. 2. 1. ca. 5. ibi. Materia uero unde fiāt apostemata sunt sex,
 quatuor. s. humores, aquositas & uētus & c. Cæterū de humo-
 ribus naturalibus et nō naturalibus satis lucide, ubi de humo-
 ribus scripturus loca citauimus, Quod aut abscessus & pus-
 tu- le fiāt a nō naturalibus non solū habes Gal. 2. ad Glauc. Sed et
 Aui. ubi de exituris uerba facit, In reliq; cōsule neotericos et
 præsertim Guidonē Cualiacū, Ioā. di uige, Guliel. Placentinū
 Argilatā, & cæteros qui de manuali operatione scripserunt.

De signis tumorum præter naturalium in genere.

Signa communiā quibus tumores cognoscuntur, ex eo no-
 ta sunt, qđ pars cui accidunt magis remittitur, quam cum na-
 turaliter se haberet, & in tumorē extensa cute attollitur. Co-
 gnoscuntur etiam tumores per calorem tumitionem & dolo-
 rem, uel per has differētias, quæ ex calore frigore mollitie ac-
 dritie spectantur. Nā color ruber sanguinem subesse signifi-
 cat, flauus & pallidus bilem, subalbidus & laxus pituitam, li-
 uidus & fuscus melancholiā, Principij tumoris signa sunt flu-
 xus ac distensio particulæ incipiens cum modico dolore, Co-
 gnoscitur augmentum, quum tumor ad molē paulatim attol-
 latur, et eius symptomata augētur, status quū tumor una cum

symptomatis in suo vigore perseverat, Declinatio, ubi non solum tumor deprimitur, sed etiã eius symptomata minuuntur. Signa suppurationis sunt dolor intrinsecus pulsatio & caloris augmentũ, Signa resolutionis tumorũ sunt leuitas membri et deficiẽs pulsatio, Signa corruptionis particula sumuntur a nigredini loci liuiditate et graueolẽtia, sed ã his et alijs signis dicemus, ubi ã singulis tumorũ differẽtijs seorsũ tractabitur.

Loci contentientes de signis tumorum in genere.

De signis cõmunibus plane uerba fecit Gal. 14. meth. cap. 9. cum dicat commune tumoris signũ esse, quũ pars magis renititur q̃ ante quũ naturaliter se haberet, lege locũ fustus, nam habet omnia ferẽ signa quã pridẽ a me recitata sunt. De temporibus tumorũ lege Auic. 3 4. c. 2. ibi fit adhuc principium quũ materia defluũt & c. et. 2. 1. c. 5. Principium apostematis fit, quũ humor ad exteriora egreditur, Status, quũ egritudo ad maiore statũ puenit in quo esse debet. post incipit minui et declinat eius esse ad resolutionẽ, aut ad puris collectionẽ & c. De signis supurationis loq̃tur Hip. aph. 2. aph. 47. ibi. Dũ pus cõfiscitur dolores ac febres accidunt magis, quã iam cõfecto. **Obiectio.** Quod dolores accidant, tum pp̃ extensionẽ membri, tum pp̃ tumoris calorẽ, nõ mirũ est, sed quo pacto febres accidãt cũ fieri nõ possit qđ illa sanies sit materia febris, ad huc capere nõ possũt? **Respõsio.** Intellige hos febres fieri nõ perse sed potius p̃ accides, ex trãspiratione seu aoris putridi ad cor, & nõ ex sanie tanquã febris materia, aut quia ex calore membri in quo pus cõfiscitur, dũ sanguis feruescẽs mutatur ad sanie, corpus totum calefit, et sic fiunt febres, nouisti. n. ex Gal. quõ pus originẽ trahat a sanguine q̃ semimalã trãsmutationẽ hẽt. **Obie.** Dolores et febres accidãt ne ã declinatiõẽ tumorũ, an in augmẽto, siqđ dictũ est p̃ Auic. qđ post statũ incipit minui tumor et declinat eius eẽ ad puris collectionẽ, febres

igitur in declinatione contingent, & non in augmento?

Re. ponsio. Tempora tumorum sunt in triplici conside-
ratione apud medicos. Nam interdum consideratur ipsorum
quantitas, interdum accidentia, & interdum materiae conco-
ctio. Hic igitur Auicennas considerat quantitatem ipsius apo-
stematis, quia tunc uidetur quasi detumescere, & in quanti-
tate minui cum pus in ipsum conuertitur, idcirco quo ad eius
quantitatem, declinationem nominauit, non quo ad eius ma-
teriae concoctionem, & accidentia, quia reuera hæc potius
in augmento contingunt quàm in declinatione. De alijs signis
lege fufius Auic. 2. 4. cap. 2. & multa colliges circa hanc rem
i. Ionea uide etiam Aet. ser. 14. cap. 31. ibi. Resolutionem dicitur,
quum humor allapsus discutitur &c. De signis quæ cor-
ruptionem particularum ostendunt, ubi de gangrena loque-
mur satis fufe tractabimus si Deus uoluerit.

De cura tumorum præter naturam in genere.

In primis considerandum est, num tumor factus sit, an
adhuc fiat, Si factus sit, tunc cura est, ut quod præter naturã
in particula continetur per euacuationem quamprimum re-
moueatur, Si uero adhuc in generatione fuerit, prohibendũ
per euacuationem ne fiat, uerum antequam curationem ho-
rum aggrediaris duo potissimum scopi, quibus cura uaria-
tur, respiciendi sunt, Quorum alter a tumorum differentia
sumitur, Alter a læsa partis natura. Tumorum igitur diffe-
rentia habetur ab ipsorum quantitate qualitate & materia
efficiente. Considerabis itaq; quantitatem, quum sciueris, ali-
ter magnum tumorem esse curandum aliter paruim. Qua-
litate, si cognoueris hunc esse calidum illum frigidum, hunc
ab influxu fieri, illum a congestione, hunc factum, illum ad-
huc in generatione esse materiam, si phlegmonem a sangui-
ne, et si pelata a flaua bile &c. Secundus scopus qui a læsa
partis

partis natura sumitur, erit tibi notissimus, si partis temperiem formationem situm ac potentiam contemplatus fueris, nam aliter tumor in carnosis partibus quam in nervosis, aliter in glandulosa parte quam in alijs non glandulosis curabitur. His igitur sic se habentibus. Primo, si tibi occurrerit tumor ex influxu humorum generatus, excogita primum causas, quæ tunc eum excitant ut abscindantur, & si quid in eo collectum est, removeatur, quod ut magis aperte loquar, ad particularem curationem descendam, Scito igitur id primum quod si tumor fiat ex influxu, tribus scopis curabitur. fluxionis scilicet diuersione, doloris mitigatione, ubi tumor de genere præsertim inflammationem fuerit, Tertio eius quod collectum est, euacuatione, Diuersio fiet in corpore plethorio per sectionem uene, In cacochymo per purgationem, quæ cuius humorum redundanti sit accommodata, Doloris mitigatio perficietur anodinis ac dolorem demulcentibus, aut malâ qualitatem retificantiis, aut uias eiusdem partis naturales aperientibus, ut facilius affecta pars repurgari possit euacuatio eius quod collectum est, fieri solet, uel in principio tumoris per repellentia, aut in fine per discutientia, de quibus posthac suo loco dicemus, uerum interim memorare quod sæpius à me dictum est, in principio alicuius, qui ab influxu generatur tumoris, esse puris repellentibus utendum, in augmēto repellentibus cū discussorijs, ita tamē qđ discutientia à reprimētibus ualde uincantur, in statu utraq; æqualiter esse admiscēda, in ditione, solū resoluētia ac relaxatia esse adhibēda, Qđ si tumor in abscessū puenerit, tūc primum mitigatorijs mox supurātibus ac cōcoquētibus demū ipsis discutientibus remedijs utere. Quod si nec habilis sit materia ad discutiedū, nec spēte loci apertur, tūc manu opatrice indiget, ut scalpello incidatur ac pus ipsū amoueat ne aliqua ex ofio intrinsecus supueniat Apto igit̃ tumore, tūc detergētibus opus est et carnē implētibus

demum more aliorum ulcerum ad cicatricē inducētibz, etc.

Loci consentientes de cura tumorum in genere.

Gal. 13. meth. cap. 6. dicamus communem omnium tumorum curationis indicationem esse euacuationem, qui uero adhuc in generatione sunt, in ijs prior euacuatione est confluentis ad affectum locum humoris inhibitiō &c. lege locū hunc fusius, & inuenies quod duo scopi sint, qui de tumorum curatione indident, ibi uariatur cura non tantum pro tumorum differentijs, sed etiam pro laborantiū particularum ratione, &c. De differentia tumorum in quantitate, qualitate materia loquitur Auic. 2. 1. cap. 5. ibi Apostemata diuersis differunt differentijs in materia ut nosti, in qualitate, quia aliud calidiū aliud non &c. Quod uero situs formatio temperies & potentia membri consideranda sint, lege Gal. 2. ad Glauc. cap. 2. ibi. Quattuor uero sunt ab his indicationes, ab eorum temperatura à formatione à siti à potentia &c. De abscissione causarum tumores efficientium loquitur Gal. 13. meth. cap. 2. ibi quæ causæ tumores accersere uidētur has cum in corpore iam conceptæ sunt, sed adhuc incipientes et exiguæ sunt, utiq; ne maiores fiant prohibendum &c. De tribus particularibus intentionibus scilicet de fluxionis diuersione, de doloris mitigatione, ac euacuatione loquutus est Gal. de. i. 2. ad glauc. 6. 2. ibi semper fluxionis motum ad contrarium trahere expectat &c. ibiq; etiam de mitigando dolore loquitur, quum dicat si magnus dolor cum fluxu inciderit, tunc in huiusmodi affeclibus sufficit uehementiam doloris mitigare etc. quomodo fiat dolor postea docuit Gal. 13. meth. cap. 6. ibi fit dolor propter intemperiem, uulnus, contusionem, distorsionem, obstructionem, & spirituum flatuosum &c. & in hoc capite etiam uerba facit de uacuatione tumoris dicens uacuatur quod impletum est, non modo medicamentis ijs quæ digerunt, sed eo

tiam quæ adstringunt & refrigerant. i. repellentibus & digerentibus, ubi præcipue tumor ad suppurationem nõ uertitur, unde Gal. 2. ad Glauc. emplastrum habet, quod non solum id repellit quod influit, sed & quod continetur, exiccat & circumiacentia membra corroborat, quod ex semper uino, corticibus malorum punicorum in uino decoctis rhu & farina hordei componitur, quo utendum est ubi nullus dolor adfuerit. Aet. ser. 14. cap. 31. In principio repellentia, In augmento ex discussorijs aliqua ad repellentia admiscebimus. In uigore mitigatorijs dum uehementissimi sũt dolores, utemur in declinatione solis discutientibus &c. De tumoris in abscessum peruenientis cura loquitur Gal. 2. ad Glauc. cap. 6. ibi curatio eorum qui abscedunt tumorum fit incipiente abscessu per ea quæ dolorem se dant atq; relaxant, procedente autem tempore ad ea quæ concoquendi ac suppurandi uim habent transferri oportet &c. Et. 13. meth. cap. 5. Si aliquando puris copia medicamenta superet, nec ea uideatur tibi, totum digerere posse, secare, exitum ei, quod digestioni non cessit, eo potissimum oportet, quo est editissimum &c. hoc idem adserit Auic. 3. 4. cap. 29. ibi cum inueneris exituram, (sic ipse abscessum nominat) cum maturacione, cuius non speratur eruptio, tunc oportet ut perfores, quoniam si demiseris saniem, corrumpitur & corrodet uenas &c. Bac. Intellige si abscessus fuerit in membro nobili, uel in loco quem uenæ tendones Nervi carthilagine occupent, Nam tunc. i. remouendum est pus, ne ex hoc mali aliquid subiectis partibus contingat, Quomodo autem diuerse fiant sectiones, prout diuersæ sunt partes corporis affectæ docet Auicennas ex opinione Amyli, ibi, Si exitura fuerit in capite, tunc sectio fiat æqualis, ne cooperiant eam pilli, si in oculo fiat lata &c. lege eum fusius, nam ipse in his sectionibus uidetur quasi lineas naturales sequi, uide etiam de his

sectionibus Gal. 11. meth. c. 5. ubi in axillis & inguinibus ipse myrti folium in sectionis magnitudine imitari docet, quæ effectio non plane magna est, nec adeo turpem reddit cicatricem, nec particulam imbecillam ut in sectione magna fieri solet, Auic. loc. nuper cit. Et cum perforaueris eam antequam facias eam conglutinari, oportet ut mûdes eam & c. Bac. Plures satis intentiones in hac re monstrauit Gal. 12. meth. cap. cit. ibi. Quin etiam mitigare prius incisam partem oportet fomētis uel cataplasmate, moxq; ea quæ pus citant, deinde ea quæ expurgant, Demum quæ cicatricem inducunt, nisi adfuerit concutit, quæ implenda esset, imponantur. Mouet pus ipsa manna, ut ipse testatur quæ nil aliud est q̄ thuris purgamētum & c.

Observationes in ualentibus medicamentis.

Gal. 12. meth. cap. 8. Quum fidenter iam ualentibus medicamentis utaris tunc obseruatio bis in die quem præstent effectum, primum mane. 2. uesperis Bac. Hinc forte orta est occasio quod medici bis in die ægros uisitant.

Observationes in repellentibus medicamentis.

Guido gu. lia. Repellentia in principio omnis tumoris ab influxu excitati conferunt, exceptis his casibus, si materia fuerit in emunctorio. si uenenosa si crassa & ad motum inepta, aut particula impacta, si tumor critice fieret si talis tumor à causa duntaxat primitiua excitetur, si in principe aliqua parte oriatur si in plethorico corpore, si in corpore cum imbecillis uiribus desituto sim cum dolore uehementi incidetur, quia tunc mitigare opus est, & non repellere.

Observationes in resoluentibus medicamentis.

Gal. 2. ad Glau. cap. 6. Melius est fortiter resoluentibus medicamentis commiscere emollientia, ne humores in scirrhus conuertantur.

Observationes in sectione tumorum.

Auic. 3. 4. cap. 29. & sis sollicitus ut cadat porta perforationis inferius & quere locum saniei cum tua perforatione, & perfora in loco maturiori & magis carnosio, & sit illa pars longior à uenis arterijs & chordis & c. Bac. Neoterici ex hoc Auicennæ loco plura alia notât, ut primū fiat sectio in loco quo materia est collecta, locus sectionis sit inferior, fiat sectio secundū longitudinē musculorum neruorum et uenarum, uitentur nerui arteria uenæ quoad fieri poterit, nec tota affatim euacuetur materia, sed paulatine, ne resolutis spiritibus ex nimia euacuatione uirtus prosternatur, demū blaudius quam fieri potest, & sine dolore locus secetur, & c.

Observationes post uacuationem puris.

Gal. 2. ad Glauc. cap. 2. postquam securis & pus euacuaueris, cauendū est deinceps, ne oleum, aut aquā imponas, aut si quando uulnus abluere oporteat, tunc mellicrato, uel oxycrato uino & mulso utendum est, itidem ait Auic. 3. 4. c. 27. ibi & non oportet ut approximet perforato uel secto aqua, neq; oleum, neq; aliquid quod sit pingue & c.

Prohibentia tumores & apostemata.

Prohibēt ne tumores fiant acetū, acetosa, althea, bolus armena, bleta, camaleonta, camphora, hepatica, uaporatio lapidis molaris cū aceto, lutum samium, ouum, psyllium, rubus caninus, sanguis draconis, solatrū, sumach stercus, terra sigillata, talch, tribuli, acatia, chymolea creta, poma pōtica acetosa styptica plumbum sandali plantago, & quæcunq; frigida & styptica sunt. Sedantia dolores apostematum.

Dolores sedant althea, radix canabis syluestris cassia fistula, cucurbita, folia ebuli fermentum, hiosciamus, malua, farina hordeacea, orchis, panis frumenti cum mellicrato, paritaria, folia pini, polenta, pulegium, sarcacolla stercus uaccæ, uiola cum farina hordei usnea & c.

Maturantia tumores & apostemata.

Althea, amomum, anethum, butyrum, caulis, folia colom-
cynidis frumentum ficus galbanum lapatium rotundum, li-
lium, semina lini malua, mellilotum, capæ narcisi, panis cum
aqua & oleo, pix, sanguis hirci uel ursi calidus sapo, uiscus
cum resina & cera radix hircos, ceratum Andromachi mes.
diachylon, foenugrecum cum uitello oui et terebenthina, chei-
ri idest uiolæ citrinæ.

De pronosticis tumorum.

Auic. 3. 4. cap. 1. Quando multiplicatur materia aposte-
matis calidi & magnificatur apostema, tunc est de summa
apostematum althoin mortificantium & de summa prædi-
ctorum est, quæ dicitur Barachien, & istæ speties male, &
quæ eis simulantur multiplicantur in anno pestilentia, & de
apostematibus calidis illa sunt mala quæ non excitantur ad
declinationem, quam sequitur leuitas & detumitio, neq; ad
aggregationem materiam, imo ad corruptionem mēbri & c.
B. Althoin & Barachiæ, sunt nomina apostematum quæ in tē-
pore pestilenti solent accidere, Interpretantur enim aposte-
mata uenenosa, ut ipse refert Auic. loc. cit. cap. de Althoin.

Hip. pronost. 1. tex. 40. Quicumq; tumor dolens durus &
magnus est, periculum mortis breui fore significat, Quicumq;
que uero mollis non dolens digitis cedit prementibus diutius
immoratur, & c.

Auctores dissentientes circa tumores.

- 1 Adserere, tumorem & apostema idem esse cum, Auicinia-
nians.
- 2 Adserere, tumorem non esse morbum quum in genere
quantitatis sit, & non qualitatis.
- 3 Adserere, omnem præter naturam tumorem esse tantum
morbum, & non symptomæ.

- 4 Adferere, tumorem esse morbum simplicem, & non compositum.
- 5 Adferere, apostemata esse duntaxat calida quæ a sanguine & bile oriuntur.
- 6 Adferere, non dari causam coniunctam apud Gale. quum ipsa sit morbus.
- 7 Adferere non esse diuersa tempora, quo ad concoctionem & symptomata.

Confutatio dissentientium circa tumores.

Ad primum. Idem. nō potest definiri per idem, nisi utrumque uim relationis obtineat, neque idem potest esse genus & species respectu eiusdem. sed apostema est tumoris species prout notat Gal. 3. ad Glau. & definitur per tumorem, ut apparet ex Conciliatore diff. 95. ibi. Apostema est tumor præter naturam mutans membrum a sua naturali dispositione &c. Igitur idem tumor & apostema non erit, non enim tumor apostematis semper tumor est ut apparet, Verum de his nominibus esse illos parum sollicitos, quibus rerum scientiam inuenire propositum est, monet Gal. 6. meth. cap. 1. idcirco nō adhibendo nos fidem nominibus interdum pro tumore, etiā nomine apostematis more arabum sepe utimur.

Ad 2. habes exemplum de magnitudine uitiata a Gal. 1. de morb. diff. cap. 9. ubi de corpore Nicomachi immodice aucto quod sanitati restituit Aesclepiades, recitat, & sic morbus dicitur etiam in quantitate.

Obiectio.

Si apostema non est in genere qualitatis, quomodo erit morbus? Nam omnis morbus in affectu, a naturali habitu permutato & actiones ledente consistit, ut Gal. 3. de sympt. diff. cap. 1. & sic in qualitate reponitur, & nō in quantitate.

Responsio. Duo in tumore considerantur, incrementum scilicet illud quo corpus tumescit, et mala eius dispositio qua

membrum afficitur, erit igitur ratione incrementi in genere quantitatis, sed ratione male dispositionis erit in qualitate. & sic erit morbus actiones laedens & c. Ad 3. respondet Gal. I. de mor. diff. c. 12. Quod si tumor non consurgat, quo fun-ctio impediatur, symptoma potius uel pathema dicitur, quā morbus. Præterea id quod ad inflammationem sequitur erit symptoma, sed tumor teste Conciliator diff. 25. ad inflammationem sequitur, erit igitur quādoque symptoma & non morbus.

Ad 4. Auic. cap. de comp. ægritud. inquit quod apostema est ægritudo composita ex omni genere ægritudinum, & sic non erit morbus simplex, Nam ipse pro apostematis nomine tumorem præter naturam intelligit. Obiectio.

Morbus compositus ad membra tantum composita attinet sed apostema fit etiam in membris simplicibus, igitur non erit compositus, nam mutat membrum à naturali qualitate, ad eam quæ est extra naturam. Respon.

In apostemate iuxta Auicennæ placitum, Consideratur mala temperies, mala compositio et soluta continuitas, Erit igitur ratione malæ complexionis morbus consimilis in simplicibus membris, & ratione malæ compositionis morbus compositus, & ratione solutæ continuitatis erit ad utrumque indifferens. Ad confirmationem argumenti dicimus qualitatem ibi posse accipi pro communi quadam dispositione ad temperiem compositionem & solutâ continuitatē, & sic nulla erit tua obiectio, quam nuper attulisti. Ad 5. Respondet Auic. 2. cap. 15. dicens non esse existimandum quod apostema calidum sit illud, quod ex sanguine & cholera tantum generatur, sed illud etiam quod ex quacunque materia siue illa sit calida per essentiam, siue accidat caliditas ei propter putrefactionem, Bac. non minus ac si diceret, Apostema dici potest calidum per se, cum ab humoribus calidis gignitur, aut per accidens pro-

pter putrefactionem ei contingentem. Ad 6. Gale. 1. de diff. mor. c. 7. Quum affectus ipse functioni primo incommodat, eius uero causa, ipsam non lædit, affectum quidē morbum, id quod efficit, causam morbi nominamus, id quod in succis erassis uiscidisque atq; in obstructione facile apprehenditur, quippe obstructio ipsa morbus est. succi autē obstructionē facientes sunt causæ morbi & c. ex quibus plane uerbis pate-
 causam coniunctā dari posse apud Gal. nō enim de anteceden-
 tibus causis loquitur Gal. Sed de his præcipuæ que obstructi-
 nes actu efficiūt, Quod autem causa coniuncta distinguatur
 a morbo, hoc probat Gal. 1. meth. cap. 8. dicens, eius affectus
 qui actionem impedit, causæ possunt quidem nō esse, possunt
 & adhuc remanere, ergo diuerse inquit omnino ab affecti-
 bus sunt causæ. Quod Galeni argumentum si concesseris, hoc
 etiam concedas licet, causæ cōiunctæ sunt causæ, igitur ab af-
 fectibus diuersæ, & sic distinguuntur. Ad 7. Galen. 3. de uic-
 rat in morb. ac. c. 62. Cocti siquidem, qui affectum progignūt
 humoribus, cōfestim excreabunt, Quod si qualia oportet so-
 lum expuere cœperint, in neutro adhuc modorū neq; in affe-
 ctu, neq; in symptomatis morbus augebitur, Nam sæpius affe-
 ctio ipsa, qua laborat, mitior quidem existit, sed symptomata
 augentur, ut in phlegmone obsebis particulis & c. et sic fieri
 potest, quod morbus nō crescat crescentibus symptomatis quū
 eorū diuersa sint tēpora, et hæc dicta sunt ad eorū confusionē
 qui crescentibus symptomatis, semper credunt morbum au-
 geri, & c. De inflammationis definitione.

Commune quoddam nomen erat apud Hip. & alios uete-
 res, ut quicquid efferuescētia ac ignea quadā dispositione cor-
 pus afficeret φλογοσιs diceretur sub quo nomine non solum
 erysipelata herpes bubo dothienes phigethla et carbūculi cō-
 tinebātur, sed quicquid ab optimo & cōmixto sanguine ortū

trahebat, At Iuniores magis proprie loquentes: id tamen
 φλεγμασιν esse dixerunt, quæ ab optimo ac sincero sanguine,
 ne, mediocriter tamen crasso & superfluenti provenit, ap-
 pellantes inde φλεγμασιν non veram inflammationem, sed
 eam duntaxat, quæ à vitio & non naturali sanguine, alijs
 humoribus admixto generatur. Definiunt autem verã φλε-
 γμωνιν esse tumorem cum rubore ac duritia tactui renitentem
 & pulsatiles dolores afferentem absq; febre, quæ cum adhuc
 corpori intrinsecus ac extrinsecus accidat, de ea quæ extrin-
 secus nobis occurrit, verba faciemus.

Loci consentientes de inflammationis definitione.

Gal. 2. de Art. cur. ad Glauc. cap. I. Cõmunis igitur in om-
 nibus immoderata caliditas, & ueluti quædam φλογωσις,
 unde & φλεγμασιν nomen, de ipsis efferre antiqui consue-
 uerunt & c. Auic. 3. 4. cap. 20. Et scias quod nomen phlegmo-
 nes in lingua Græca est absolutum super omne quod inflam-
 matum est, deinde dicitur de omni apostemate calido, postea
 dicitur de eo quod est ex apostemate calido cū proprietate
 prædicta, & non caret inflammatione & c. Gal. 13. meth. cap.
 1. Quum autem ueteres phlogosin subinde phlegmonem ap-
 pellent, sciri uolumus nos nõ hoc loco de hac phlegmone dis-
 serere, sed de ea quæ supra inflammationem tensionem quo-
 que in particula facit & c. Quid uero sit inflammatio habe-
 tur ex Gal. in lib. de sectis ad eos qui introducuntur cap. 19. et
 20. ibi. Inflammatio est tumor præter naturam calidus durus
 & tactui renitens atq; dolorem afferens, partem ipsam, non
 magis quam antea fuit, rariorem uel duriorum uel densiore
 efficiens, sed effluxu humoris superuacui repletam, atque ea
 causa distentam & c. Itidem ait in lib. de tumo. cap. 2. & 2. de
 loc. aff. cap. 7. & 1. de diff. morb. cap. 12. ibi porro phlegmonē
 in præsentia non nominamus & c. Quod inflammatio sit si-

ne febre. lege Gal. in lib. d. ffinit med. Quod atque adeo non uera phlegmone detur habes ex Auic. loc. cit. quum dicat, & parum contingit ut phlegmon sit simplex, sed secundum plurimum associatur ei erysipelas & c.

De causis phlegmones.

Causæ phlegmones, etsi plures esse uideantur, hæc tamē ad numerum duntaxat ternarium redactæ sunt, ut earum quædam sint prægressæ, quædam antecedentes & quædam coniunctæ. Causæ prægressæ siue externæ sunt contusio fractura luxatio & c. quæ dum dolorem parti inferunt humorū etiam fluxionem concitant, Antecedentes sunt, calidioris quàm pars sit copia sanguinis, qui ad imbecillam partem aliquā ipsum recipientem, uel ad se trahentem detruditur ac relegatur, Mittitur autem sanguis ab una uel pluribus particulis, aut quia nimis superuacuis, aut qualitate sua molestus aut utroque modo est noxius, Pars uero lesa ipsum attrahit, uel ob calorem morbosum, uel ob dolorem in ipsa parte cōsistentem. Hinc est quod excretoria facultas, tum à dolore, tum à mala sanguinis qualitate, excitata totis uiribus quod ei infestat, expellere conatur, quo fit ut sanguinis aliquid & spiritus in affectam partem exprimat, unde pars pro influentis ratione humoris in tumorem attollitur. Causa autem coniuncta est ipse sanguis in laborante particula iam impactus & c.

Loci consentientes de causis phlegmones.

Quod phlegmones causæ sint tres duntaxat. præter cæteros omnes notarunt neoterici. De causis præincipientibus et antecedentibus loquitur Auicennas. 3. 4. cap. 2. ibi. Et de eis sunt primitiue sicut contusio aut incisio aut fractura & c. Et antecedentes sunt corporeæ ex repletione, aut malitia humorum aut debilitas membri recipientis & c. Gal. 13. meth. cap. 3. At communis omnium phlegmonarum generatio ex sanguine

nis influxu est copiosioris scilicet, quæ pars postuletur, sane copiosior sanguis infuit, alia quæpiam, alijsue particulis aliquando eam mittentibus, & ea quæ phlegmone laborare incipit, recipiente, aliquando particula quæ affligitur hunc ad se trahente & c. lege locum hunc fusius, et omne id intelliges quod à me nuper relatum est, Act. ser. 14. cap. 11. Omnis inflammatio ob sanguinis affluxum, uel à manifesta causa uel ab occulta generatur, à manifesta quando offenso pede glandule inflammantur, ab occulta quando aliqua parte delegate aut toto corpore transmittente, & affecta parte ob debilitate recipiente, humorum copia affluerit & c. Paul. lib. 4. cap. 17. itidem habet sed breuiori satis sermone, Videtamen de his uberius Gal. 1. ad Glau. ca. 1. ibi fit; semper ex omni ferè occasione, etc. quæ locum si diligenter examinaueris rei totius scopum attinges & c.

De signis phlegmones.

Phlegmones signa sunt tumor præter naturalis in parte lesa, uehemens dolor nisi pars inflammata hebetis sensus fuerit, pulsatio molesta, tensio ita etiam magna ut pars illa prope modum frangi sentiat, calor maximus inest, qui adeo partem interdum ledit ut comburi quasi se sentiat. Rubor etiam per summa uiget, non minus ac si ab igne comitaretur. Denique renixus ipsius partis in ipso tactu apparet. Signa autem quibus phlegmones status principium, augmentum & declinatio cognoscuntur, in sermone uniuersali satis copiose ostendimus, Verum aduerte quæ phlegmone postquam hæc tempora percurrerit, quattuor modis terminari solet, in resolutionem scilicet suppurationem corruptionem & indurationem, quorum etiam signa in capite uniuersali supra satis exarauimus & c.

Loci contentientes de signis phlegmones.

Gal. de his signis loquitur. 2. ad Glau. cap. 1. ibi sanguine optimo & mediocriter crasso ad particulam effluente, & ob

multitudinem conculcato, uehementis dolor hominem arripit, nisi membrum sensum omnino hebetem habuerit pulsusque in profundo molestus accidit, tendique omnino ac frangi membrum apparet & c. lege fusius hunc Gale. locum & rem magis notam percipies, Auic. 3. 4. c. 2. & signa eius sumuntur ex caliditate & inflammatione, & additione quantitatis & tensione & impulsione & pulsatione, si est sumersus, & sit propinquus arterijs etc. locum ultra legito, nam omnes illas de quibus nup loquebamur causas ad unguem recitat, imo quod plus est si sensum Auicennae Gal. conferas praeter id, quod una consentiunt etiam locum Gal. magis dilucidatum inuenies ut non immerito Galeni interpretis appellari debeat, Nam ubi dixit Gal. pulsus in profundo molestus accidit, maxime hoc intelligi debet, si arterijs, ut exponit Auic. propinquus fuerit & c. De his demmet signis loquitur etiam Gale. 13. meth. cap. 1. ibi. Ultra inflammationem etiam tensus partis uisitur & c. ibidem habet. 14. meth. c. 2. De signis quoque phlegmones tempora indicant, plura habes ex Aet. ser. 14. c. 31. ibi. Erit inflammationis principium etc. De signis permutationis ipsius inflammationis non solum apud neotericos habetur sermo, sed iuxta Auic. & Gal. 2. ad Glau. c. 2.

De cura ipsius phlegmones.

Omnis inflammatio, quae ex influxu partim fiat, partim facta sit, duplici scopo indiget, Quorum alter est, ut quod influit, prohibeat, Alter, ut quod iam infuxit euacuet, Prohibetur quidem influxus auersione, repulsione, ac causas ipsius fluxionis remotione, Euacuatur quod inflexum est per medicamenta digerentia ac discutientia, aut per ea quae primum reprimere sunt idonea, ac parti affertur robur inducentia, erit igitur in cura primus inflammatio nis scopus fluxionis inhibitio. 2. materiae parti inheretis remotio. 3. erit sympt. una cum uiculus ratione correctio, Fluxionis itaque inhibitio per sectionem uenae perficietur, si modo aetas uires

Regio tempus ad hanc perpetranda[m] conspirauerint, quæ e-
directo materiam fluentem auertat, sicuti à dextris in dex-
tra parte uel à sinistris in sinistra facta &c. Verum si cor-
pus qđ inflammatione laborat cacochimū fuerit, per ea primū
euacuandum est, quæ humorem noxium extirpare possunt an-
tequam ad Auerfionem, (quæ græce antispasmodicus dicitur) acce-
seris. Sic enim fluxionis motus ad contrarium trahitur, Sc-
cundus in curatione scopus erit prout tempora inflammatio-
nis exoptulant, siquidem in primis ut dictum est (serua-
tis iam regulis in capite uniuersali traditis) repellenda; est
materia cum oleo rosaceo oui candido succo plantaginis etc.
aut more Galeni cum oxycrato aqua frigida cui paululu[m]
aceti admixtum sit, aut cataplasmate ubi dolor nō adsit quod
ex semper uiuo malicorio et rhu in uino decoctis cum polen-
ta componitur in augmento non solum reprimendum sed etiā
digerendum est, sicuti cum folijs maluæ absinthij rosarum fa-
rina hordei una cum oleo chamomillino admistis ac cataplas-
matis modo impositis. At in morbi uigore uaria sunt, quæ
ad discutendum ac dolorem demulcendum præparantur, sicuti
emплаstrum Gal. ex medulla panis in feruente aqua ma-
cerati, cum melle, aut unguentum basilicon althea chamomil-
la & ceratum diachylon &c. In declinatione solis discutien-
tibus utendum erit, Quod si tumor digerētibus medicamen-
tis nō resoluitur, sed potius ad suppurationem se uertat, sta-
tim ad maturantia ac pus ipsum mouentia recurrendum est,
qualia sunt quæ temperatum habent calorem, sicuti cataplas-
ma quod ex farina triticea, in aqua & oleo uulgari medio-
criter decocta componitur, aut hoc quod ex radicibus altheæ
maluæ caricarum decocto ac farina triticea componitur, sup-
puratione facta, quæ ex doloris febris & caloris remissione
deprehenditur, nisi locus sponte aperiatur tūc incisione uel

aliquo erodente medicamento sanies euacuanda est, eaq; uacuata ulcus detergendum, moxq; sarcoticis ac glutinantibus siue ad cicatricem inducentibus utendum, Neoterici facta incisione protinus ad tollendum dolorem, lychnum in candido ac luteo oui cum oleo rosaceo intinctum ulceri imponunt, moxq; digerentibus cum oleo rosaceo terebinthina & luteo oui cōpositis utuntur, indeq; ad detergentia quae ab ipsis mundificatiua uocantur se conferunt, Detergunt syr. rosaceus rodomel oxyeraton, ac mellicraton &c. Tertius scopus symptomata ab inflammatione remouet, ac uictus rationem instituit, Symptomata sunt dolor, durities relicta, ac partis laese corruptella, Dolor statim si adfuerit, demulcendus est, ne sui causa maior fluxus uel uirium imbecillitas contingat, fiet hoc mirifice cum oleo rosaceo ouorum luteis admisto, aut cum pasto cui oleum rosaceum cum paucula cera adiunctum sit, His omnibus admisceri potest crocus cum in sedandis doloribus sit maxime efficax, Quod si nec anodinis dolor sedaretur ad narcotica praesertim familiaria erit recurrendū, sicuti ad folia hiosciam oleum de papauere, & huiuscemodi alia, At si inflammatio in scirrhosam duritiem peruenerit, tunc mollientibus primum utere, sicut cucumeris agrestis radice cum caricis pinguibus in aqua decoctis, adiecta farinae portione cum suillo adipe, uerum haec durities tanti facienda non est, quantum si corruptella partis uitiatae appareat, Nam ubi haec contigerit, protinus, ne pars cui adiuncta est, corrumpatur, eam excides, aut scarificationibus quam plurimis (si corruptio in superficie duntaxat fuerit) partem excitabis, atq; aqua salsa scarificatam partem abluēs, moxq; cataplasma ex fabarum & orobi farina in oxymellite cocta admouebis, De his plura intelliges ubi de Gangraena cura loquimur, Interim uictus ratio tenuis frigida et humida insti-

tatur, ac omnes animi perturbationes longe absint.

Loci consentientes de cura phlegmonis.

Gal. 13. meth. cap. 2. Ergo quæ causæ phlegmonem accerere uidentur has adhuc incipientes, ne maiores fiant inhibere conuenit, Quum autem eo peruenerint, quo phlegmonem creent has summouere oportet, & quantum iam phlegmonem genitum est sanare &c. Quod autem fluxus prohibeatur auersione docet etiam Gal. 4. meth. cap. 6. ibi. Hoc perpetuum est, quod ab Hip. didicimus incipientem fluxionem ad contraria trahendam esse, fixam uero in laborate particula uacuandam esse, etc. Similiter habes ex Gal. 13. meth. c. 6. quod euacuanda sit materia in phlegmone contenta, per digerentia ac reprimentia, ibi uacuatur quod impletum est non modo medicamentis ijs quæ digerunt; sed etiam quæ adstringunt & refrigerant &c. De 1. curationis scopo loquitur Auic. 3. 4. cap. 3. ibi. Cum causa est antecedens, tunc oportet ut incipias cum euacuatione, et comple ei quod meretur ex phlebotomia & solutione uentris &c. Vide Gal. 2. ad Glauc. cap. 2. ubi inquit quod semper fluxionis motum ad contrarium trahere expedit, atq; emplastrum apponere ex semperuino malicorio, &c. ut supra dictum est. uide etiam. 13. meth. cap. 6. quæ phlegmone adhuc in generatione sunt inquit earum causas prius a scindes quæ uero iam factæ sunt, has utiq; curabis solas, uerum si totum corpus male sit affectum, id est uel plethoricum, aut cacochymum tunc plethoricum sanguinis missione, cacochymum purgatione quæ cuique superanti succo sit accommodata, corrigetur &c. De curatione etiam ipsius phlegmones lege Gale. 3. de temper. cap. 5. ibi. Ergo quum duplex in ijs quæ phlegmone laborant particulis affectus sit &c. De secundo scopo loquitur Auic. 3. 4. cap. 3. ibi. Et incipe cum re percussiuis, deinde appone in augmento cum intrusione mellifica

mollificatiuorum & humectantium cum repercussiuus, & quantum procedit in augmento, tantum procedas in additione mollificatiuorum, paulatine & exiccantia sunt quæ sanant in fine, nã prohibent remanere aliquid quod fiat sanies, etc.

Obiectio. Cum omnes ferè Græci, ut Galenus, Aetius, & Paulus in augmento discussoria cum repellentibus admiscere iubeant, cur nunc Auicennas cum repercussiuus mollitiua adiungit? uidetur enim longe aliter ac sentiant Græci rem exponere. **Responsio.** Facile soluitur hæc tua obiectio, modo intelligas repellentia in principio applicita esse interdum adeo frigida, ut non solum materiam fluentem reprimant, sed in parte contentam ita impactam ac quandoque duram efficiunt, ut uix absq; mollientibus possit discuti, unde dictum est ab Auic. mollitiua esse cum reperiuentibus admiscenda. Verum si non ualde frigida fuerint reperiuentia paulatim ut Græci ad discutientia perueniendum erit, & hæc ad obiectiorem dicta sunt, quãuis breuius respondere potuissim, si nihil referi dixisse, quæ mollitiua sunt etiam uim discutienti habere &c. Lege hæc de re Gal. 2. ad Glau. cap. 4. & nota quod reperiuentia in principio morbi conueniunt duplici de causa. Primo quia affectis partibus robur inferunt, unde minus prompte affluxus excrementorum in se recipiunt. Secundo quia eorum, quæ in ijs iam contenta sunt, tenuissima retrorsum exprimunt. Quod si tum fluxio humorum per eare media compescitur, tũq; desitas in affecta particula crassiore detinetur, id tempestiua erit relaxatio, ut Gale. inuit. 11. meth. cap. 15. Aet. ser. 14. cap. 32 si inflammationes ad suppurationem conuertantur, adiuuare oportet ut q̄cellerrime suppurentur. Ibiq; suppuratoria q̄ plura docet, hoc idem habet Auic. ibi. Cum uideris inceptiorem, apostematis incedere itinere exiturã, tunc dimitte in frigidationem, & incede in uia eius,

quod maturat & saniem facit, &c. Item ait Paul. lib. 4. ca. pi. 18. Quod autem Neoterici facta incisione, ijs utantur, quæ dolorem primum leniant legere poteris iuxta Ioannem de Vigo cap. de phlegmone, & plura quæ pridem à me dicta sunt, inuenies lege etiam Gal. de cura ulceris phlegmones. 13. meth. cap. 5. ibi, Non ipso ulcere etc. De tertio scopo & præsertim de doloris mitigatione loquitur Auic. loc. cit. ibi, & multotiens sedat dolorem uinum dulce mistum cum oleo rosaceo & pauca cera, aut lana asipi in frigidata in æstate, & tepesacta in hyeme &c. Item ait Pau. lib. 4. cap. 17. & Aet. loc. cit. ibi dum uehementissimi sunt dolores mitigatoria applicabimus &c. De scirrhusa duritie loquitur Gal. 14. meth. cap. 4. ibi, Hac igitur de causa ad scirrhusos affectus nullum uehementer excalefaciens siccans ue medicamentum est aptum, sed ea tantum quæ cum molliendo digerere possunt, &c. De corruptela partis habes Auic. tertia. 4. cap. 3. ibi, Si ergo timueris aliquid de corruptione emplastra locum cum farina hordei & uolubili, et si apparet aliquid de hoc, tunc scarificata locum, & scias quod scalpellationis alia est magis apparens, alia magis profunda, & illud est secundum locum apostematis & dispositionem membri &c. Bac. Nota quod si carnosus fuerit locus, in quem corruptio decidit, & ipsa sit satis profunda expediet locum altis multisq; incisionibus scarificare, eoq; magis, quo membrum sensu ac motu priuatum senties, At si locus fuerit nervosus paucaq; corruptio in superficie, tunc leni et non profunda scarificatione opus est, sed de his ubi de Gogranatrabimus uberius sermocinabimur, etc.

Obluaciones circa curam phlegmonis.

Gal. 2. ad Glauc. cap. 2. Oportet in his inflammationibus principia curationum optima fieri. Nam quæ in ipsis errata contingunt, difficulter sanabiles aut omnino insanabiles san-

ciunt dispositiones sunt autem hæc duo maxime errata, si nullo de toto corpore prouidētia habeatur, & si calefiat atq; his metuet etiam membrum & c.

Observationes circa reuulsionem & deriuationem.

Gal. 13. meth. ca. 6 si circa sedem uel partem huic uicinam phlegmone incidit, alium non deicies, neq; cum in uesica uel cole uel renibus est, cepta urinas prouocabis, sed ad partes quæ maxime lōginquæ sunt, semper reuulsionem facies, etc. Itidem habetur 13. meth. cap. 11. ibi, si circa fauces & palatū, aut deniq; in ore phlegmone laborare inceperint, in his omnibus cauenda sunt quæ pituitam per os euocant & c.

Observationes circa reprimentia & resoluentia.

Auic. tertia. 4. ca. 3. Et scias quod administratio eorū quæ fortiter repercutiunt in primis, & eorum quæ fortiter resoluunt in fine, est mala, Nam in frigidatio fortis perducit ad corruptionem membri, & in resolutione uehementi accidit dolor, & c. Observationes in scarificatione.

Paul. lib. 4. cap. 17. si ob defluxionem ortas inflammationes scarificatione diuiseris, præsertim per initia malū quoddam haud mediocriter egrotanti accerses, & c.

Inflammationi conferentia.

Conferunt inflammationi, modo recte distinguas tempora, Acacia cum albumi oui, Acetosa, aphodilli decoctio, Folia alcanna, Althea, berberis, anomum, smirnon, atriplex, auricula muris, bolus armenia, blitius, camphora, Folia canna recentia, chamomilla, cassia fistula, cauda equina, caulis agrestis, ceratum de sandalis, cerusa, chymolia, lithargirium cum cerusa & aceto, cucurbita, diachylon paruum, dragachatum cum succo uermicularis, farina cum mellicrato, farina foenus græci, scoris ferri, fur fur cum aceto, holusiamenū, folia hyosciami, succus alchechegi, lenticula aqua, lycium, lingua arica

XX 2

tis, semen lini cum melle & oleo, lupinus cum aceto & melle, lutum sigillatum, samium, malua, mellilotum, succus mentham, myrtus, nasturtium, nenuphar, oleum nenupharinum, cucurbita, uiolaceum, rosaceum, myrtinum, opium cum succo corrigiole, Farina hordeacea cum uitello oui, oximum stuuiale cum aceto & oleo, panis frumenti cum melliorato, Folia papaueris, portulaca, plätago, psyllium, rosa ruta syluestris, sandali, sanguis leporis, semperuiuam, solatrum, terra sigillata, tribuli, uiola, uirga pastoris, uolubilis magna, Iridis radix, Folia uitis & c.

De pronosticis inflammationum.

Hip. pronost. 1. tex. 33. Tumor in ilijs durus & dolens pessimus est si omnibus ilijs fatiget, si uero altera parte infestat, sinistra, minori cum periculo est & c. Bac. idest si inflammationo dextram partem affligat, propter iecur plurimo non uacat periculo, si sinistram minus mali affert, si utranq; laceffit exitiosi, sinum malum est sed quia de interioribus hoc dictum est, lege Auicennam in superiori capite, ubi de pronosticis, Tuorum uerba fecimus.

Auth. dissentientes circa inflammationem.

- 1 Adserere, in omni affectu externas causas esse semper inquirendas.
- 2 Adserere, idem esse, dicere phlegmonem ad suppurationem & ad putredinem finiri.
- 3 Adserere, uinum dari posse in inflammationibus.
- 4 Adserere in omni phlegmonem motum tanquam nocuum esse uitandum.
- 5 Adserere, omnem internam inflammationem esse lethalem.

Confutatio dissentientium circa inflammationes.

Confutat primum Gal. 4. meth. cap. 3. ubi inquit illud iam de finiri tempestiuum est, nullam externarum seu primitiuarum

rum causarum curationis indicatricem esse, sed huius indicationem ab ipso affectu initium habere, Apponet autem id liquido in iis quibus nosci affectus exacte potest, siue ulcus siue Erysipelas, siue phlegmone in parte aliqua consistat, superuacuum est, causam quæ horum quodlibet, efficit, inquirere, nisi iam etiam faciat &c. & sic externæ causæ non sunt semper inquirendæ.

Ad secundum Inquit Galenus pronost. primo tex. 31. quod omnis tumor præter naturam disiecto committente eum humore, curatur, Ergo perspicuum est, ut nisi desistat, cunctant, humores ac spatio temporis prorsus mutatio futura est per qualitatem interdum ad putredinem, quotiens nihil eorum concoctionem præ imbecillitate natura molitur, Interdum si uires ualeant in pus &c. quibus uerbis apparet liquido, non idem esse finiri ad suppurationem & ad putredinem.

Ad 3. Gale. 4. meth. cap. 7. Non latet autem & de uini usu quod cauendum id est, ubi phlegmones suspitio adest, alias dari nihil uetat. Ad 4. Respondet Gal. 13. meth. cap. 6. dicēs illud enim patere, uel me tacente arbitror, eū cui crura phlegmone laborant, non esse uel ambulatione uel cursu exercitandam, sed nec stare illi esse iubendum, imo sedenti plurimū fricari, mox manuum motu exercitari illi est satius, At si cui in supernis partibus cœperit pars aliqua phlegmone tentari, huic motus ex inambulatione, aut cursu, est salutaris &c. Bac. Intellige tu ubi copia humorum non fuerit plurima, Nā si corpus ualde plenum fuerit, non tantum exercitium, sed etiam balneum illi non erit proficuum, ut monet Galenus aphor. 3. cōmen. 20.

Ad quintum Galenus pronosticorum primo. cōmen. to. 34. dixit. Quod inflammatio interna mortem breui fore significat ut inquit Hippocrates, At uero id, nisi

aliquid intimum afficiatur, mēdaciū est, intima sunt iecur,
 uentriculus, lien, & abdomen. Nam musculi si ita affecti fue-
 rint raro mortem afferunt, nisi magnitudo inflammationis
 una cum imbecillitate uirium esse contingat, aut medicus aut
 aeger errorem cōmittant &c. & sic non omnis inflammatio
 n t rāa lethalis est, ut patet &c.

De erysipelatis definitione ac diuisione.

Quum duplex sit erysipelas Alterum legitimū ac exqui-
 situm, Alterum uero adulterinum et spurium, legitimū erit
 ex sanguine & flaua bile calidioribus quā opus sit mixta
 fluxio, quae inferiorem carnem nō molestat. Sed cutim, quā
 v t i s e p u i p r a c i u o c a n t tantummodo afficit. Adulterinum
 uero est quod alijs tumoribus una admiscetur & ab illorum
 exuperantibus symptomatis nomenclaturam adeptus est, ut
 sit erysipelas phlegmonodes quum inflammationem superat,
 aut erysipelas aedematoses quum in misione aedema uincitur
 uel erysipelas scirrholes, quum ipsum ex nimium refrigeran-
 tibus durum & uix resolubile euadit, Atque hic affectus du-
 plicem habet differentiam, utique uel cum ulcerationem sit
 erysipelas, uel absque ulceratione. Cum ulceratione tunc esse
 dicitur, cum non tantum cutim, sed ipsam quoque inferiorem
 carnem exulcerat. Definitur etiā alio modo erysipelas, quod
 sit tumor rubens cum ignita inflammatione febres interdum
 ac dolores inferens etc.

Loci consentientes de definitione erysipelatis.

Paul. lib. 4. cap. 21. Tumorem ex feruente & tenui sangui-
 ne constatū, priuatim quidem & proprie erysipelas, qui
 ignis sacer dicitur Gal. appellauit. Qui uero nec planē bilio-
 sa nec sanguinea fluxio est, sed ex ambabus mixta, utique ab
 eo quod in mistura superat nomē uitio indidit etc. Hoc idem
 habet Galenus 2. ad Glau. cap. 1. & 14. meth. ca. 2. ibi, Erysi-

pelus biliosa fluxionis germen est, ac circa cutim maxime consistens tum hanc externam, quæ omnium partium commune est tegumentum, tum membranosam & tenuem quæ singulis internarum est circumdata, atque hic affectus duplicem habet differentiam, quod uel absque ulceratione, uel una cum ulceratione incidat, quum uero nec planè biliosa nec sanguinea fluxio est, utique ab eo quod in mistura superat, non men ipsi indatur ac dicatur de eo quod exuperatur, sicuti phlegmonem erysipelosam id uocemus uel erysipelas phlegmosum & c. Et eodè in loco cap. 3. inquit, quod sicuti phlegmoni admiscetur erysipelas, ita etiam aliquando œdemati et uocatur erysipelas œdematosum nõ secus quàm ubi ex refrigeratione durū ægræq; resolubile redditur uocabitur erysipelas scirrhusum etc. Hoc idem sentit Auic. 2. primi, cap. 5. ibi, Apostema quod ex cholera rubea & pura componitur, est erysipelas, & ex eis est compositum nomine composito superantis præponendo nomen, quandoque enim phlegmonem erysipelatodem dicunt, quandoque erysipelas phlegmones etc. Vide & Gal. in lib. de tumoribus præter naturam cap. 10. De ultima definitione erysipelatis habes non solum Cornelij Celsi locum libr. 5. cap. 26. ibi, Erysipelas dicitur cum super inflammationem rubor, & cæte. Sed etiam hoc idem à Galeno in lib. finit. med.

De causis erysipelatis.

Causæ erysipelatis externæ quidem sunt frictions, motus uiolenti, insolatio, medicamentorum admotio, ualde attrahentium, & quæcunque sanguinem extrinsecus in bilem promouere possunt, Causæ antecedentes sunt flaua bilis una cum sanguine admixta, aut feruidus sanguis substantia tenuissimus ad partem læsam concurrens, Causæ coniunctæ sunt prædicti humores erysipelatem actu efficietes.

XX 4

Loci consentientes de causis erysipelatis.

Satis superq; de causis erysipelatis attestantur loci in eius definitione adducti, lege tamen Gal. 14. meth. cap. 1. ibi, Morbus quem græci erysipelas uocant, is uti monstratum est ex bilioso succo nascitur &c. De indicijs erysipelatis.

Cognoscitur erysipelas ex calore, multo inflammatione uehementiori, maioriq; febre, & ex calore rubeo ad flauum pallidum ue declinante, Quod si tetigeris facile sanguis subterfugit ac rursus illabatur exquisite tenuis & aspectu rubidus, Signa uero quibus erysipelas à phlegmone distinguitur, sunt, quod non dolet, nec ita alte pulsat in corpore, ut ipsa inflammatio siquidem in cute magis consistit, quàm alte descendat. At ubi per cutim diffusum fuerit, parum & quasi nihil infestat, præcipue si exquisitam fuerit, Dolor erysipelatis magis mordicat ac pungit, quàm ullam more inflammationis, tensionem faciat, Incipit etiam à naso, deinde per totam faciem expanditur &c.

Loci consentientes de indicijs erysipelatis.

Gal. 2. ad Glau. cap. primo Erysipelas multo inflammatione calidior, magisq; colorem flauum representans, & si tetigeris facile sanguis subterfugit rursusq; illabatur exquisite tenuis & aspectu rubidus, non tamen dolet & hic ut inflammatione &c. De signis interstinguētibus erysipelatem à phlegmone habes plurima ab Auic. 3. 4. ca. 4. ibi. Et illa ex quibus discernitur à phlegmone sunt, quoniam erysipelas magis apparentem habet rubedinem & clariorem, quæ rubedo deservitur per tactum, deinde reddit uelociter, & uides in rubedine erysipelatis colorem croci quod nō apparet in phlegmone, & erysipelas fit in cute, & phlegmone profundatur etiam in carne &c. Videas uberius hunc locum & plurima intelliges, Gal. 14. meth. ca. 1. signa etiam quibus erysipelas à

phlegmone distinguitur, satis fuse declarat, & quæ amborū sunt cōmunia, ibi. Sed præstiterit fortassis eum pluribus uerbis a phlegmone distinguere &c. Auic. 3. 4. cap. 4. et ubi plus accidit erysipelas, accidit in facie, & incipit a lepore nasi & expanditur in facie tota &c. **De cura erysipelatis.**

In curando erysipelate duo maxime considerabis, humorum scilicet ad partem imbecillam fluxionem, & eorūdem in eadem parte malam qualitatem, siquidem defluxio uacuationem per se exposulat, & mala qualitas, qua calida et mordax est, refrigerationem, Nec uacuationis indicatio sicuti in phlegmone refrigerationem superet, sed refrigeratio euacuationem, Nam pluris facienda est mala erysipelatis qualitas, quæ ipsius humoris aggregata q̄titas, uerū ut duo hæc assequaris quadruplici scopo curationem hanc aggredi oportet primo, cū rationis uictus institutione, secundo cū materiæ ad lesam partē defluentis, auersionem tertio cum humoris iam defluxi euacuatione, quarto, cum Symptomatum si quæ acciderint ablatione, Victus igitur ratio ea semper instituenda est, quæ humectet ac refrigeret, Absint pingua, acria, dulcia & quæ eū quæ caliditatem præ se ferunt, similiter omnes aliæ res nō naturales esse debent ad frigiditatem et humiditatem procliuēs. At auersio humoris in legitimo erysipelate fiet nō per sectionem uenæ ut in inflammatione, sed potius per medicamenta bilem flauam educentia, Quod si erysipelas cū inflammatione coniunctum sit, aut sanguis ipse nimis redundat tunc uenam secare opus est, humerariam si in capite, aut Iecorariam si in infernis partibus erysipelas cōtineatur, Euacuant igitur bilē rhabarbarum, manna, tamarindi, cassia, infusio rosarum & id genus alia tertius scopus est humoris iam fluxi uacuatō, quæ primū fieri debet p̄ repellentia ad alias partes, (seruatis tū his quæ in capite uniuersali tradita sunt regulis) aut per

ea quæ per insensibilem habitum humores digerunt, Repel-
lemus itaque quod influit ac feruorem refrigerabimus per ea
quæ humectant & simul frige faciunt sitq; refrigerandi termi-
nus coloris ipsius mutatio, nam quod non exquisitum est ery-
sipelas si plus æquo refrigeretur, cutem liuidam facit ac deni-
grat, & in senili corpore sic refrigeratum non adeo potest
discuti, quin induratus tumor relinquatur, idcirco antequam
locus niger uel liuidus appareat, ad discussoria progredien-
dum est. Refrigerant igitur, solanum semperuiuum, portula-
ca, umbilicus Veneris, psyllium, altercum, lactuca intybum,
lenticula palustris, cerata ex aqua admodum frigida & id ge-
nus alia. Discutiunt autem emplastrum ex hordei farina &
ceratum rosaceum cui admistum sit aliquid calcis etc. Quod
si liuor cutim occuparit, tunc incisa cute cataplasma superpo-
nendum est, & locus aqua salsa uel aqua & aceto abluedus
est. Quartus scopus remouet ipsa erysipelatis symptomata si
cuti dolores & reliquas durities, non secus ac dictum est in
phlegmones cura cum mitigatorijs scilicet ac mollientibus,
utrum si contingat ipsum erysipelas ulcerari, curetur cum un-
guento de cerusa de plumbo, &c

Loci consentientes de curatione erysipelatis.

De hac erysipelatis cura loquitur Gal. 14. meth. cap. 3. ibi,
curationis uero methodus, sicuti in alijs compositis &c Vbi
habes quod pro sanguinis missione, medicamento, quod bi-
lem trahat uti debemus. Obiectio. Paulus qui in om-
nibus ferè imitatur Galenum, non cholagogen sed sectionem
uene proponit ac commendat. Quare hoc in loco ab ipsius
Galeni textu erit ualde discrepans. Responso. Conci-
liatur locus Pauli, si de erysipelate, quod à sanguine redun-
dante, uel una cum phlegmone admistum fuerit, tantum intel-
ligatur, hęc ultra iam citatum Gal. locum & intelliges quo-

usque in erysipelate refrigerandum sit, & quo modo in erysi-
pelate spurio non ita frigidis, sicuti in exquisito utendum sit.
Mox quæ refrigerent & humectent, & cætera denique om-
nia, quæ à nobis iam dudum recitata sunt, Auic. tertia 4. ca-
pi. 3. oportet ut euacues corpus in ea cum solutio cholerae,
& si indigeat phlebotomia, phlebotomia etiam, & phleboto-
mia quidem non confert, nisi quando materia est inter duas
cutes. Bac. suspicor Auicennæ textum hoc esse in loco corru-
ptum, & quod legi debeat, & phlebotomia quidem nõ con-
fert, nisi quando erysipelas est inter duas materias, ac si dice-
ret quando una cum phlegmone coniunctum est, & tunc con-
cordatur cum superioribus dictis. Quod uero hoc ita sit ex
eius uerbis paulo inferius recitatis cognoscitur, cū dicat fac
illud secundum quod existimatur esse de duabus materiis & c.
lege totum hoc Auicennæ caput, & certo intelliges eum non
tantum Gal. interpretem, sed uerum in suis dictis paraphra-
sten fuisse. Obiectio. Auicennam, quem nunc tantope-
re extollis haud scio quomodo cum Raze concordaueris? Si
quidem Auicenna iubet in principio erysipelatis frigida &
sthyptica, quæ sicca sunt esse applicanda. Razes uero frigida et
humida prout omnes græci fatentur. Responsio.

Non erit ita magna inter utrunque discordia, si de erysi-
pelate cum ulcere & sine ulcere distinxeris. Nam Auicen-
nas sthyptica ad loci roborationem & ad ulcus, quod siccare
expostulat, imponenda iubet. Razes uero in erysipelate ex-
quisito, in quo nullum est ulcus, ut Græci humida esse applican-
da dixit, & utriusque ratio uera est. Vide latius de hac cura-
tione Aetium Ser. 14. cap. 59. uidem Pap. lib. 4. cap. 21. Quod
uero in erysipelate refrigerationis indicatio superar. debeat,
uacuationis indicationem, habes huius rei causam à Gale. 13.
meth. cap. 8. ibi, In illo nanque refrigerationis indicatio ma-

gis urget &c. Habes etiam medicamentum simplicissimum refrigerans ac humectans aduersus erysipelata ex Gale. 10. meth. cap. 9. ibi. Incipiam autem ab eo medicamine quod omnium que humectant & refrigerent simplicissimum &c. Habes in super curationem erysipelatis cum ulcere ex Gal. 4. meth. ca. 5. ibi in quocūq; ulcere erysipelas superuenerit &c.

Obseruationes circa curationem.

Gal. 2. ad Glau. cap. 2. Erysipelati, quod cum inflammatio= ne coniunctum est, mixta, quantum fieri potest, curatio est ad hibenda, semperq; illi, quod magis superat resistendum &c.

Obseruatio circa euacuationem.

Ioannes Tagaultius Quoniam erysipelas uehementiores quam phlegmone febres accendit, medicamenta, que impense sunt calida, ut scamonij succus & electuarium de succo rosarum huic affectui minime idonea sunt.

Obseruationes circa repellentia.

Gal. 14. meth. ca. 3. Periculosa tamen toti corpori est eiusmodi curatio propterea quod bilis iterum ad aliquod principis membrum fertur, quippe, quum si uel sanguis ipse abundet, haud tutum sit ex minoris nota membris fluxione eius repellere. Vnde concludit, quod non nisi post totius corporis uacuationem repellentibus auxilijs uti debemus &c.

Obseruationes circa uictus regimen.

Ioannes de uigo cibus itaq; sit, ex farre hordeo contuso, in aqua omnibus decoctis cum amygdalis & semine comuni & nullatenus cum brodio, quia laborantes tali passione uitare debent pinguis salsa calida & acuta, uinum interdicitur. Vtiliter tamē sumuntur lactuca, borago, cucurbita & omnia incrasstantia sanguinem &c.

Igni sacro conferentia ex Dioscoride.

Conferunt asarum, acacia, acinos herba, anchusa, lyco-

psis, Aizoen maius, brastica sativa, acetum, beta, Baccharis, be-
 chion, crocus, cupressus, coriandrum, cicuta, cotyledon, cici,
 chalcitis lapis, erugo ferri, harundo, helxine, isatis, lens, li-
 lium, lens palustris, lapis smyris, myrtus, malua, mandrago-
 ras, portulaca, plantago partenion, polygonon mas, penta-
 phillon, peristereon rectius papauer sativum psyllium, Rham-
 nus, rosa, ruta, rubus, idæa, salix, sanguis, seris, solanū sativū
 stratiotes aquaticæ et urina, unguentū de plūbo de cerusa, oleū
 rosatū myrtinū uiolaceum. De pronosticis ignis sacri.

Hip. aph. 6 aphor. 25. Erysipelas ab exterioribus uerti ad
 interiora nō est bonū, ab interioribus at ad exteriora, bonū,
 Bac. exemplū ueluti omniū morborū attulit Hip. Siquidē bo-
 nū signū est, ab interioribus ad exteriora oēm morbū uerti.
 Cōtra uero malū sicuti in experientia quotidiana cōprehen-
 ditur. Et aph. 7. aph. 19. In oſis exutione erysipelas, Bac. adiū
 ge tu, malum, Nam osse nudato si caro circumstans ab erysipe-
 late apprehendatur, fieri non pōt, quin sit malus affectus. Et
 aph. 7. aph. 10. Ab erysipelate putredo aut suppuratio, Bac. in-
 tellige tu hæc absq; dubio erysipelati superuenire, dummodo
 uel repellentibus aut digerentibus ipsum non discutiat. Et
 Aphor. 5. aph. 43. si mulieri grauidæ in utero sit erysipelas, le-
 thale, Bac. lethale quidē erysipelas utriq; est & mulieri et foe-
 tui, Nā si febris acuta, a quibus afficiuntur, solæ interimunt,
 quāto magis si cū erysipelate coniungantur. Auic. 3. 4. c. 4. Et
 quando accidit erysipelas, a fractura oſis sub cute, tunc illud
 est malum & c. Bac. hoc dictum Auicennæ non idem est cum
 apho. superius narrato ut quidam existimant, siquidē aliud
 est denudari, aliud sub cute frangi, hoc enim duplici ratione
 malū est, tum ob fractionē oſis, tū ob inflamationē quæ post
 fracturā superuenit. poteris et de uario erysipelatis euentu præ
 dicere si uaria fuerint, quæ curationē peruertat accidētia etc.

Authoritates dissentientes circa erysipelatē.

- 1 Adserere, quod idem semper sit erysipelas & ignis sacer.
- 2 Adserere quod phlegmone sit maioris inflammationis quā erysipelas.
- 3 Adserere erysipelatē non esse tumorē præter naturā.

Confutatio dissentientium circa erysipelatē.

Quod idem semper non sit erysipelas & ignis sacer ostendit Celsus lib. 5. qui ignem sacrum ab erysipelate diuersum facit. siquidem eum inter mala ulcera connumerans, duas ignis sacri species esse demonstrat. Alteram in altitudine. postulus continuis, alteram in sumæ cutis exulceratione, latam et inaequabilem &c. Obiectio. Qui sit igitur ut à latinis ignis sacer dicatur, si idem semper non sit? Responso.

Latini in hoc Plinium imitati sunt, qui dum in pluribus exponendis simplicibus Dioscoridem sequeretur, pro erysipelate ignem sacrum in omnibus ferè interpretatus est. Ad secundum Auic. tertia 4. cap. 4. Inquit, quod quandoque consequitur ex caliditate erysipelatis, ut comburatur cutis, et non est ita in phlegmone, non ergo est inquit inflammatio erysipelatis, minor inflammatione phlegmones, imo plus &c. sic calidior est erysipelas ipso phlegmone. Ad tertium Gal. in lib. de Tumor. præter naturam, cap. 10. quum fluxio biliosa in aliquam partem decumbit. siquidem fuerit bilis exquisita, cutem exulcerat, si uero sanies aquosa, uel sanguinem habeat admixtum, minus erit acris & magis particulam in tumorem attollit, quàm exulceret, hoc igitur erysipelas nominatur, Alteram uero herpes, &c. Quibus uerbis planè duo nobis ostendit, alterum quod tumor sit erysipelas, alterum quod ab herpete longo interuallo distidet.

De Herpete, & eius differentiis.

Herpes qui à serpendo dicitur est, nil aliud est, quàm flauæ

bilis in aliquam partem defluxio, & hic triplex est. Primus dicitur ἑρπης ἐπιόμιος, qui exedendo carnem ac cutem ueluti serpens ambulat, Alter uero ἑρπης κλυχρίας, qui pustulas ad formam milij per cutem affert. Tertius generis nomine sibi uendicato ἑρπης simpliciter nominatur, qui solius cutis exulceratio est, Hunc morbum falso uocant Auicinniaui formicam, siquidē formicæ nomen, quam Græci μύμυξι ἀνθραξ dicunt uerrucis potius congruit, quàm herpeti, Hancq; diuidunt in miliarem ambulatiuam ac corrosiuā. Definiturq; formica miliaris quod sit pustula uel multæ pustule, quæ egrediuntur & faciunt accidere apostema paruum &c.

Locī consentientes de herpete, & eius differentiis

Gale. 2. ad Glau. cap. 1. Quando bilis flaua secernitur & in aliquo membro consistit herpes uocatur, siquidem crassa sit secundum substantiam totam exulcerat cutem usque ad carnem suppositam, atque hunc affectum Hippocrates nominat herpetem exedentem. Si uero te maior fuerit, id quod in superficie est tantum, ueluti deurit, atq; hæc species generis sortitur appellationem, quum simpliciter & sine additione herpes uocetur. Altera species est miliaris dicta, quoniam in hoc affectu pustule parue ac multæ per summā cutem similes milio excitantur, &c. Vide de hac re Actium Ser. 14. cap. 60. ibi, si flaua bilis citra alterius humoris mixturam secreta iuxta partem aliquā consistit Herpes appellatur affectio etc. Itidem ait Paul. lib. 4. cap. 20. ibi, cum bilis flaua, &c. Auic. tertia. 4. cap. 6. Formica est pustula aut pustule quæ egrediuntur, & faciunt accidere apostema paruum & ambulat & fortasse ulcerant &c. Et paulo post, & ad summum omne apostema cutineum ambulatiuum, quod profunditatem non habet est formica, uerum alia miliaris & alia corrosiua etc.

De causis ipsius Herpetis. Cause præincipientes

herpetis sunt quaecunque bilem flauam progignere apta sunt. Causam recedens herpetis excedentis est crassa acriorq; bilis exulcerans, sicuti herpetis simpliciter disti, minus acris & tenuior bilis, At herpes miliaris ab ipsa etiã bile oritur Multo tamen minus acri ac calida quã prior quanquã alij opinari sint hunc herpetem, non à sola bile flaua oriri. Sed ab ea duntaxat, cui portio pituitæ admixta fuerit. Cause coniunctæ sunt ipsi humores hunc uel illũ herpetẽ actu producetes.

Loci consentientes de causis herpetis.

Gal. 14. meth. cap. 17. herpetas inquit biliosus procreat, faccus adeo tenuis profecto ut non solum omnes interiores partes, quæ utique carnosæ substantiæ sunt transeat, sed etiam ipsam cutem usque ad summam cuticulam erodit & c. & paulo post loquens de miliari herpete dixit, quippe is non protinus ulcus facit, sed admodum exiguas pustulas ad spetiem milij, quæ interposito spatio in uicinas abeant adeo non sine ratione uuibuscumque uisum est in eiusmodi uitio, bili esse aliquid pituitæ admixtum & c. Paulus lib. 4. cap. 20. si flaua bilis substantia crassior sit, acriorq; totam cutim usque ad carnem substantiam exulcerat & herpetem exedentem excitat, si tenuior et minus acris calidaq; herpetem miliarem. At Oribasius autore pituita cum flaua bile mista herpetem miliarem creat etc. Idem habet Aetius ser. 14. cap. 60. & Gale. 2. ad Glauco. c. 1. Auicennas autem nullam agit de his causis mentionem.

De signis herpetis, & quo modo ab erysipelate differat.

Cognoscitur omnis herpes tum à colore partis lese, tum à figura pustularum & ab ipsa quam in cutem imprimunt pustula. Color enim flauus est & malum serpit ab uno in alium locum, Figuraq; pustularum ad instar milij se habet, interdum latior est, cum acuto capite, pungiturq; locus ac si à formica perforaretur unde nom. è illi à barbaris inditum est, Cognoscitur

fcitur

feitur bilis esse crassa si cutem usque ad subiectam carnē cor-
 rodat, aut esse tenuis, si cutem duntaxat deurit, aut esse cum
 pituita admista si pustulas exiguas excitet. Differt herpes
 ab erysipelate u' cerato humoris tenuitate, si quidem tenuissi-
 mus humor est, qui herpetem exulceratum promouet. Differt
 à phagedena, quum herpes ulcus non semper sit, sicuti phage-
 dena. Differt à cancro, quum crassissimus sit humor qui can-
 crum, mediocriter crassus qui phagedenas, at tenuissimus,
 qui herpetum procreat & c.

Locī consentientes de signis herpetis.

Auic. tertia 4. cap. 6. & color quidem formicæ ad citrini-
 tatem est decliuus, & est inflammata cum substātia uerrucali
 & rotunda, & paulo post, et sentitur in omni formica, sicut
 punctura formicæ & c. Quibus plane uerbis, tum partis lesæ
 colorem, tum figuram & loci puncturam aperte demonstrat,
 & si uerrucas cum herpete fædo quodam errori combinet,
 quod itidem faciunt omnes, qui suum Auicennam sequuti
 sunt, lege de hac re Ioannem de Vigo, cap. de formica. Gale-
 nus. 14. meth. cap. 17. At tenuissimus est humor, qui herpe-
 tem exulceratum excitat, crassissimus qui cancerum, proxi-
 mum ab ijs occupat, quod crassitudinem attinet, qui phagede-
 nas creat & c. Faciunt etiam ad hanc rem demonstrandam
 loci superius adducti non solum in causis, sed etiam indefini-
 tione positi & c.

De cura herpetum.

Omnis morbus, qui ab humorum confluxione oritur, tri-
 plici scopo curari solet, primo prohibendo ne humor in par-
 tem affectam confluat, secundo si confluerit etiam impactus
 existat, euacuatione remoueatur, tertio si ulcus, uel pustula in
 loco relicta fue rit oportunis remedijs auferatur. Prohibetur
 itaque humor ne ad partem defluat, si is qui defluit à toto cor-
 pore euacuetur, quare in herpete exedēte flaua bilis primum

uacuari debet, tum per ea quæ cholagogo dicuntur, tum etiam humorem per urinas euocantia. At in herpete miliari non tantum cholagogis opus est, sed eo quod mistæ sit facultatis medicamento, euacuatoq; corpore statim expedit ad ea quæ influentem humorem possunt reprimere, curationem aggredi, reprimentia tamen non sint frigida & humectantia, sicuti dictum est in erysipelate, præcipue uti herpes exedens curari debeat, nam frigida & ualde exsiccantia potius expedit, quæ humectantia, cuiusmodi sunt lactuca polygonium, portulaca & c. Sed eius loco sumantur caprioli ex uite, folia rubi & plantaginis, quibus lenticula interdum mel & farina hordeacea adiungi possunt, si in forma cataplasmatum ea applicare uoluerimus. Secundus curandi scopus optime per ea perficitur, quæ humorem id fluxum, & in parte contentum dissipant ac digerunt, quod utique fieri poterit (modo humor ille uitiatus in partem lesam non amplius confluat) per id tantum cataplasma, quod à Galeno in curanda phlegmone superius expositum est, quod constat ex corticibus malorum granatorum & c. nam præter id quod humorem repellit etiam exicat, digerit, & corroborat. Tertius scopus ulcus ipsum, siue pustulas curare intendit, unde omne ulcus exsiccari desiderat non tamen exsiccatione mordente, sed leni, præsertim, si nec malignum nec ualde putridum fuerit, quod hoc linimento perficitur. Accipe lythargirij unc. i. cerusæ unc. s. Tucia ʒ. i. succi plantaginis solatri unc. ij. Radicum oxylapathi ʒ. s. acetri ʒ. i. s. olei rosacei unc. ij. Misce, & fiat linimentum. At ubi malignum ulcus fuerit, tunc arsenico calce & sandaraca utere, uel saltem his ceratis, quæ ex prædictis rebus componuntur. Pustule uero solis discussoriis in declinatione morbi adhibitis euanescent. Loci consentientes de cura herpetis,

Gal. lib. 14. meth. cap. 17. Horum omnium communis est

ratio est, ut inhibeatur primum humoris confluxio post sanetur ulcus, & paulo post, ad curationem oportet inquit cognoscere tum humoris copiam, tum crassitudinis tenuitatisq; modum & sic superabundantem euacuare, itaq; si quis toto prius corpore purgato, mox quæ influentem humorem reprimant, regerantq; medicamentis utatur, iam herpetem curauerit, si neutrum horum fecerit, & cicatricem tantū inducat, is exulceratam cuticulam ita sanauerit proxime tum illi, quo minus exulceretur non consuluerit, & huius rei causam ostendit exemplo Romanæ mulieris quæ herpetē in malleolo patiebatur & c. lege totum hoc caput & omnia quæ à me pridem dicta sunt luce clariora inuenies. Auic. 3. 4. cap. 7. Formica corrosiua alienetur ab humectatione, quam adinistrasti in erysipelate. Humectatio enim non est conueniens ulceribus, & c. Paul. lib. 4. cap. 20. Corpore igitur toto medicamine quod descendit bile est, yacuato, loco affecto refrigerantia, siccantiaq; inducuntur, principio caprioli uitis rubi, & plantaginis applicantur, postea uero lenticula his miscetur interim, & mel et polenta & c. itidem habet Auic. loco citato Gal. 14. meth. cap. 17. In herpete uero, quoniam tenuis humor est, qui id uitium creat, abunde est etiam aluum soluisse, uel urinas per ea quæ id modice efficiunt citasse & c. Aet. ser. 14. cap. 60. utimur in herpetibus erodentibus pro euacuatione sero lactis cum portione scamonij, in miliaribus eo, quod bilē simul ac pituitam ducit, posthæc medicamentis refrigerantibus ac simul exsiccantibus cum adstrictione, ita ut herpeti in superficie tantum erodenti, mitissima adhibeantur, Miliari uero magis discussoria & c. Galenus loc. nuper citato. Constat inquit quod in generatione ulceris exuperare debebant, quæ repellendi facultatem habent, ubi non amplius confluit in agrotantem particulam uitiosus humor, quæ digerunt lege etiam pro Tertia in

entione non solum Aet. sed & Paul. & plura inuenies ad
 pustulosum herpetem & ad ulceratum remedia lege in super
 Ioan. de Vigo Argillatam Cornelium Celsum Ioannem Taca
 gaultium qui plura docent ad ulcus herpetis facientia.

Observationes in repellentibus.

Gal. lib. 1. 4. meth. cap. 17. si quidem exiguum uitiosi humo
 ris, etiam si quis ad uiscera et magnas uenas retrudat, nullum
 profecto quod sensu percipiatur malum committet, ac si eius
 leuis quantitas non sit, in princeps aliquod membrum ali
 quando procumbit, ubi scilicet prius naturæ uiribus totū cor
 pus expurgantis non sit uel per deiectionem uel urinas uel cu
 tim, quæ totum corpus includit, euacuatum & c. Bac. ac si dice
 ret non esse reprimendum si multus sit uitiosus humor & c.
 Nota etiam ex hoc loco quod flauæ bilis euacuatio est facilis,
 pituitæ uero et atræ bilis, difficilis, eo potissimum quod ultra
 que sit crassior ac glutinosior, quo fit, ut magis purgantis me
 dicamenti ope indigeant & c.

Observationes circa uictus rationem.

Cel. lib. 5. in omni sacro igne neque lenibus, & glutinosis
 cibis, neque salsis & acribus utendum est, sed his quæ inter
 utrunq; sunt, qualis est panis sine fermento piscis hedus aues
 excepto; apro omnis uenatio & c.

Herpeti conferentia.

Conferunt maxime herpeti Acetum, capilli adusti, cheli
 donion, caries lignorum succus cicutæ, cupressi folia cum hor
 deo & aceto, coriandrum cum pane, Radix Curcumæ, Ficus
 non maturæ in modum emplastri, stercus gallinæ recens cha
 mepytis cum melle non sinit dilatari, lentes cum aqua maris
 coctæ, decoctio seminis lini cum uino. Folia plataginis, mala
 ua, Folia myrticum uino & oleo rosaceo, muscus herba, Fo
 lia oliuæ agrestis, olibanum cum aceto & oleo succus paritæ

rie cum cerusa, pētaphyllon, pix humida cum sulphure, Pshyl-
lium cum aceto, Acacia, Folia rhamni folia rubi, ruta cū oleo
rosaceo & aceto, sal cum aceto prohibet augeri, cinis salicis
cum aceto, semperuuii succus, solatrum cū cicuta, uel eorum
succus cum cerusa, succus tytimali, Herpeti etiam corroden-
ti conferunt Alumen cum tartaro & sale gmeo, Aizoön, Arse-
nicū, Helleborus niger, lupini, unguentū diaphinicon, unguan-
tum de plumbo & c.

De pronosticis herpetum erodentium.

Hip. aph. 6. aphorif. 45. ulcera quaecunque annua sunt, aut
etiam diuturniora, os abscedere est necessarium & cicatrices
cauas fieri. Hac. difficulter sanantur diuturna & longo tem-
pore durātia ulcera, tum ob humorum prauorum influxio-
nem tum ob malam dispositionem in membro patiente diu
contractam, tum ob aliquam oſis in eo loco corrupti passio-
nem, & hoc intelligi potest de phagedenis, & exedentibus
alijs ulceribus, sicuti in hoc commento planè notatum est a
Galeno Celsus lib. 5. cap. 28. omnis autem sacer ignis, ut mini-
mum periculum habet ex his quæ serpunt, sic propè difficili-
me tollitur & c.

Auth. dissentientes circa herpetem.

- 1 Adserere ulcus cruentum purum & sordidum, inter pro-
prijs ulceris differentias connumerari.
- 2 Adserere omnia ulcera esse siccanda.
- 3 Adserere terminum siccationis nō dari in ulceribus sicuti
infrigidationis.

Confutatio dissentientium contra herpetem.

Primum confutat Galenus 2. meth. cap. 2. ubi connumeratis
particularibus ulcerū differentijs subiūgit, at cruentū et purū
& sordidū, nō à proprijs differentijs, sed ab externis sympto-
matis sunt appellata. Ad 2. Respondet etiā Gale. 4. meth. ca. 3.

dicens eos ulceratarum partium affectus non esse siccandos, in quibus contusio contingere solet, nam carnes contusas easque putrefactas necesse est, in pus uersas liquari, quibus uerbis planè intelligitur, quod partes quæ sine contusione sunt ulcerate, eas quàm maxime siccare oportere, at quæ cum quadam contusione lese sunt, ijs quamprimum pus mouere &c. Ad secundum Gal. aph. 6. commen. 45. terminum assignat siccitatis, ibi, dicens quod terminus siccitatis est, ut abscedat pars eius quæ est uitiata &c.

De gangrænæ & sphaceli definitione.

Gangræna est totius corporis mutatio a naturali cuiusque habitu in alienum atque mortificatio partis non integra cum ulceratione, uel hanc citra, quam mox sequitur sphacelus, ubi membrum ab ipsa deprehensum omni sensu destitutum fuerit ac omnino e mortuum, uocaturque; & Φακελος à grecis syderatio & caries à latinis, barbare est inenodè & ineptius aschilos, cuius ethymologiam quum uellet ioannes de uigo interpretari, ita hallucinatus est, ut uix scias, quid in hac re significare uoluerit &c.

Loci consentientes de gangrænâ & sphacelo.

Quod Gangræna sit corporis mutatio &c. lege Gal. in lib: finit med. Quod uero sit carnis mortificatio, habetur ex Gal. in lib. de Tumor. præter naturam cap. 12. ibi at Gangræna solidorum corporum mortificatio est &c. Aet. ser. 14. ca. 56. Gangrænâ appellant, quando ob inflammationis magnitudinem mortificatio partis imminet &c. Gal. 6. meth. cap. 5. sphacelus est totius ossium substantiæ quædam corruptella &c. hoc idem habet Paul. lib. 4. cap. 19. ubi syderationem pro sphacelo eius interpres latine interpretatus est de ethymologia sphaceli & esthiomeni, lege ioannem de uigo & eius errorem intelliges &c.

De causis Gangrænæ & Sphaceli.

Quum igitur Gangrænæ sit membri alicuius corruptio, fieri non potest, quin ab altera harum trium causarum proueniat, Primum à spiritu uitali, qui ne ad partem læsam descendat prohibetur. Secundo à tempore membri egrotantis iam corrupta. Tertio ab utraque causa quandoque simul aggregata, Prohibetur igitur spiritus uitalis ob magnam contusionem & fracturam, uel ob aliquam obstructionem, aut ob nimiam membri compressionem, aut ob medicamēta, quæ membrum frige faciunt ac mortificant. Corruptitur uero membri temperies ob uenenosam aliquam inflammationem, uel pustulam in eo contentam, aut ob febres diuturnas, aut obtusepaciētia aliqua remedia diu tali membro applicita, aut ob ulcera à medicis non satis methodicè curata, aut demū ob aliqua alia temperiem naturalem corruptentia &c.

Loci consentientes de causis gangrænæ & sphaceli.

Auic tertia 4. cap. 15. Dico quod membro accidit corruptio & putrefactio propter causam corruptentem completionem eius & spiritum animale, qui est in ipso aut propter aliud prohibēs eum peruenire ad ipsum, aut propter aliquid congregans utrasque intentiones, sicuti uenena calida et frigida, & ea quæ cum sua substantia sunt contraria spiritui animali, & sicut apostema & pustula & ulcera mala ambu latina uenenose substantiæ, & ea in quibus erratur &c. lege locum hunc & cetera intelliges, quæ à me pridem recitata sunt &c. Quod ob inflammationem hoc malum oriatur, factis constat ex Paulo lib. 4. cap. 19. ubi inquit quod inflammatio, neque discutitur, neque in pus mutetur, sepe in gangrænâ & syderationem incidit &c. Itidem ait Gal. 2. ad Glau. cap. 9. ibi consequens est, ut deinceps dicamus de inflammationibus quæ gangrænæ factæ sunt, nominant autem gangrænâ

nas ea que ex magnitudine inflammationis sunt mortificationes que nondum integre facte sunt & c. & in lib. de Tumor præter naturam cap. 7. Igitur Gangræne & carbunculi excitantur, quum sanguis tanquam feruens, atque inflammationi propinquus cutem exurit & c. & in lib. finit. med. Gangræna gignitur inquit, uel plethora antegressa, uel dum extinctio fit, aut phlegmone et chyrurgi imperitia male curata etc. Et in lib. de Tum cap. 9. Generatur gangræna ubi uehementer obstructa sunt in maximis inflammationibus, tum ora uasorum, tum etiam omnes cutis meatus & c.

De signis gangræne & sphaceli.

Cognoscitur Gangræna, si coloris flos, qui in inflammationibus aderat, statim extinguitur, similiter dolor & loci pulsatio, necdum sedato affectu ob sensum illius partis iam emortuam, euanescent, quinimmo nigrities, ac quedam membri mollities in membro uisitur. Fit etiam illa pars putrida ac foetens, que dum digitis præmititur, facile præmenti cædit, nec amplius attollitur, uel resilit, sed ueluti à carne seuuncta cutis remanet & c.

Loci consentientes de signis gangræne.

Gale in lib. de Tum. præter naturam, cap. 9. que sic laborant corpora naturali perspiratu destituta, facile mortificantur, ac coloris flos extinguitur, qui in inflammationibus aderat, deinceps dolor & pulsus abeunt, affectu ipso nequaquam sedato uerum sensu emortuo & c. Aut tertia. 4. cap. 15. ponens discrimen inter gangrænam & sphacelum, quem ipse corruptum ac barbaram ischacilos uocat, inquit, quod in principio, & proprie quod est phlegmonodes non corrumpitur cum eo sensus, cui est sensus, & tunc nominatur gangræna, que cum ita confirmata sit ut destruatursensus & caro, & quod sequitur ad os, siue sit incipiens aut succedens apostema.

ti, nominatur aschachilos. i. sphacelus. Iac. hoc idem uidetur esse à Paulo mutuatum, quum dicat ubi membra sic uitiata in totum sensu fuerint destituta, affectum non amplius gangrænam, sed iam syderationem nuncupant & c. Auic. tertia. 4. capi. 16. Si autem, pertransit dispositio dispositionem apostematæ & dispositionem coloris, & incipit peruenire ad mollietatem, & humefatur parumper, tunc est inceptio eius in putrefactione & c.

De cura gangrænæ & sphaceli.

Cum sanguinis corruptio non modica gangrænâ efficiat, eius curatio potissimum tribus scopis perficietur, primo prohibendum est, ne materia antecedens in coniunctam trãseat. Secundo materia coniuncta euacuanda erit. Tertio locus qui à putrefactione latus est, si possibile fuerit, à tali affectu uindicabitur, prohibetur materia antecedens ne in coniunctam perueniat, non solum uisus ratione, sed etiam fluxionis sanguineæ per uenæ sectionem, auerstone, aut medicamento sanguinem depurante, qualis est cassia fistularis, tamarindi decoctum fumarie & c. Vacuatur materia coniuncta scarificando ac secando partem lesam, illamque abluendo cum aqua salsa oxycrato uel decocto lupinorum in lixiuio, & in circuitu corruptæ partis interdum hyrudines applicando, et ubi sanguinem satis copiose egredi permiseris, ad medicamentum quod ad putrescentia faciat, cuiusmodi est farina orobi uel lolij aut fabarum cum oxycrato, statim peruenies. Interim opus est partes sanas aliquo tuente medicamento preseruare, ne in corruptionem decidant cum oleo omphacino rosaceo in quo aliqua frigida & adstringentia bullierint. Proderit etiam circa partes iam scarificatas, ubi precipue morbis se iam remittere cõperit, unguento ægyptiaco tunc sumēti, putredinem enim prohibet ac resoluit, facitque ut putres

factum a sano longe absistat. Quod si nec his remedijs gāgræna detineatur, quin in sphacelum abeat, protinus membrum, quod ipsa occupat, ad uiuim usque ressecandum est, moxque uri id, quod inter sanum & uitiatum locum residet, quamprimum candenti ferro oportet, ut simul & semel putredo ac sanguinis profuuium cohibeatur. Post cauteria & inustiones, si qua remanserit crusta butyro eam à partibus ambustis, remouebis. Caue tamē ne tā cito crusta decidat ut profuuium sanguinis denuo irriteretur, qua tādē amota per curationem aliorum ulcerum membro tam uehementer affecto non inepta medicaberis &c.

Loci consentientes de cura gangrænæ, & sphaceli.

De primo scopo loquitur Celsus lib. 5. ibi in eiusmodi casu primum est, si uires patientur sanguinem mittere etc. Gal. 2. ad Glau. cap. 9. Curatur autem euacuantibus nobis, quā possumus multum sanguinis, qui in membro patiente compingitur cuius causa fiunt mortificationes ob id, quod arteriæ ex angustia loci nequeunt se attollere etc. Itidem ait Paul. lib. 4. cap. 19. ibi Gangrænam curamus, sanguine ex parte uitata affatim emisso &c. Et Aet. ser. 14. cap. 56. Quod autē euacuanda sit materia cōiuncta omnes ferē demonstrant qui de hac re scripserunt. Auic. 3. 4. cap. 16. si autem illud non ualeat non inuenis excusationem, quin scalpelationem profundam facias diuersorum modorum in locis et ponas sanguisugas & phlebotomes uenas proximas ei paruas, ut accipiatur sanguis malus cum cautella eius &c. Gal. 2. ad Glau. cap. 9. sanguinem uero quū emanare permiseris, imponere debes ex medicamentis aliquod ad putrescentia utilibus, cuiusmodi est farina orobi uel lolij, si uero talia non adsint farina fabarū adhibe, atque ipsam oxymel solum, & si fortius uelis, sal adijce uel ex trochiscis aliquem exquisitissime tritum, qualis est Andronis

& Polyide, & Pasionis & c. Hoc idem recitat Paulus sed
 breviori satis sermone, cui addit, quod nonnulli ubi putridam
 partem præciderint, quo securius radicem euellant, candens
 ferramentum adigunt. Gal. loc. cit. quando abscindis aut cir-
 cūcidis id, quod iā putruit, eam, quæ ueluti quædam radix est,
 sanæ parti adiunctam aduere & c. Act. ser. 14. cap. 56. pro-
 inde partim mortificatam celerrime resecare oportet, quate-
 nus contingit uicina sanam, ita ut nihil prorsus putridi relin-
 quatur. Deinde locum inurere & c. Itidi: habet Auic 3. 4. cap.
 16. Ibi quod si pars carnis incipit corrumpi incide eam, &
 paulo post, quum inciditur membrum iam putrefactum oportet
 ut cauterizetur id, quod circuit ipsum cum igne aut cum
 medicinis adurentibus & c. Gal. loc. cit. Facta adustione sole-
 mus uti succo porri, quum uero exciderint crassa huiusmo-
 di ulcera possunt quibuscunque medicamentis, quæ carnem in-
 ducant, ad sanitatem perducī & c.

Observationes in adhibendis medicamentis.

Gal. ad Glau. cap. 9. Verte animum ad corpus ægotantis,
 nam si rusticum fuerit & durum natura, fortissima medica-
 menta desiderat, Fœmineum uero & molles carnes habens,
 imbecilliora, sic & uiri quicunque & molles carnes habent
 & balneis amant & in otio degunt, mollia exigunt, medica-
 menta, neque dubium est idem in pueris faciendum esse & c.

Gangrænæ conferentia.

Acetum prohibet eius ambulationem, cantharides linitæ,
 Cancer cum melle cinis foliorum ficus, Stercus columbi cum
 farina hordei iride uisco & adipe porum fel ursi, Baccalau-
 ri cum melle. Lumbrici terreni cum melle, decoctum lupino-
 rum marubium, Nuces ueteres, passula cum oleo coctæ, Pen-
 taphyllon, Pöpholix. Raphanus cum melle, Tithymalus cum
 polenta & oleo. Laudantur etiã à Dioscoride. Ampelos leu-

ce. Brassica sativa Bulbus esculentus cinnamomum, charitatis,
Galioptis, iuglans, lixiua e ficu, lilium, lés, lupinum satium,
laserpitium, rhizis, raphanus, iortica, & uua passa & c.

De pronosticis gangræna.

Celsus lib. 5. Gangrænam uero si nondum planè tenet, sed
adhuc incipit, curare non difficillimum est, utique in cor=
pore iuuenili, & magis etiam si muscoli integri sint, si nerui
uel lesi non sunt, uel leniter affecti sunt, neque ullus magnus
articulus nudatus est, & c. Gal. in lib. de Tumor. præter natu=
râ, cap. 9. Gangræna nisi per quæ celerrime curetur, facile, que
sic affecta est pars, mortificatur, nec non alias continuas in=
uadit, atque hominem perimit, & loc. cit. cap. 7. quin & fe=
brem acutissimam infert, atque in discrimen uitæ trahit & c.
Hoc idem confirmant Paulus & Aetius locis superius cita=
tis. Celsus lib. 3. cap. 33. Dicitur est membrum præcidi oportet=
re, sed id quoque cum periculo sumo fit, nã sepe in ipso ope=
re uel profusione sanguinis uel anima defectione moriuntur,
uerum hic quoque nihil interest, an satis tutum præsidium sit,
quid unicuique est & c.

Auth. dissentientes circa gangrænam & sphacelum.

1. Adferere Gangrænam à sphacelo non differre.
2. Adferere Gangrænam etiam ossibus posse accidere.
3. Adferere, in sphacelo totum corpus non esse purgandum.

Confutatio dissentientium circa gangræ=
nam & sphacelum.

Ad primum inquit Aet. ser. 14. cap. 56. quod ubi mortifica=
tio partis iminet Gangrænam uocant at ubi pars mortificata
sensum amisit, non amplius gangræna sed sphacelus nomina=
tur & sic secundum magis & minus differunt. Ad secun=
dum Galenus in lib. de Tum. præter naturam, cap. 12. Gangræ=
na solidorum corporum mortificatio est, uerum ossa nequa=
quam

quam corripit sicuti sphacelus &c. Ad tertium Gale. 4. meth. cap. 5. Ad hæc etiam purgationis meminit Hippo. totius corporis, tum in alijs quibusdam uulneribus, tum in ijs, quibus cariem, quam sphacelum uocant, instare est metus &c. Quod si uniuersalis uacuatio in sphacelo adhuc nõ facta conuenit, quanto magis in ipso iam confecto. Obiectio.

Fiunt sphacelus & gangræna ab eadẽ causa an à diuersa?

Responſio. Memini me legiſſe σφάκελον interdum ori ri ex aneurismate id est ex apertione arteriarum, ut testatur Gal. in lib. de Tumor. præter naturam cap. 12. Interdum ex fractura ossium & humiditate superuacanea in his partibus contenta, cuius rei fecit mentionem Gal. 6. meth. cap. 5. Ibi quimo nec ossis caries, quam sphacelum uocant ex alia occasione oritur &c. Sed Gangranam tantummodo dixit à corrupti sanguinis fluxione progigni, ut supra relatum est &c.

De œdematis definitione & diuisione.

Œdema quod barbari undimiam uocant, duplex est, uerum & spurium. Definitur uerum, quod sit tumor laxus, mollis, & doloris expers, qui ex naturali pituita in aliquam partem defluxa generatur. Spurium uero quod à naturali pituita degenerat, ita est multiplex, prout uarie sunt phlegmatis species, aut uaria humorũ cum phlegmate mixtura, nam si à flatuoso ac uaporoſo phlegmate tumor fiat, tunc instatio oritur, si ab aquoso, aquosum apostema, sicut in hydrope uisitur, si à crudo & crasso, abscessus pituitosi, quos aliqui barbare exitus phlegmaticis nuncupant, & Auicennas du bellet. In quorum numero à Græcis melicerides, stratomata, ganglia, & acheromata reponuntur, si à gypseo, strumæ, uulgo scrophulæ dictæ, si à putrefacto ulcera et fistule pueniunt, quod si alij humores una cum phlegmate admisceantur, tunc œdema, uel erit phlegmonodes, uel erysipelatosides, uel scyrrhodes, etc.

Loci consentientes de oedematis definitione.

Gal. 2. ad Glau. cap. 3. Oedema autem uocamus tumorem mollem doloris expertem, quem ex pituitosa substantia, aut spiritu uaporoso fieri constat. Et. 14. meth. cap. 4. sicut ex fluxione biliosa constat erysipelas, ita ex pituita ipsum oedema, rarus quidem atque indolens tumor & c. & hæc de uero ac legitimo oedemate. De spurio autem loquitur Auic. terti. 1. 4. trac. 2. cap. 1. ubi apostemata phlegmatica inquit uel esse simplicia & nominantur apostemata mollia, aut aquosa, sicut accidit membro, ut in eo aggregetur aqua sicut hydropisis proprie, aut dubillet in quibus sunt nodi lenes, aut nodi duri & scrophuli & c. Quod autem oedemati alii humores admisceantur ita ut phlegmonodes & erysipelatodes fiat, lege Galenum. 1. de morb. diff. cap. 12. ibi. nam phlegmoni magna ex parte miscetur aliquid, quod uel erysipelatis, uel oedematis, aut scirrhi naturam seruat, similiter erysipelati quod phlegmones, aut oedematis, aut scirrhi speciem referat, ita similiter in reliquis omnibus perpende & c. id est idem fieri existimato in oedemate, atque scirrho & c. lege fusius Guidonem Gualiacum, Ioannem de Vigo & Argillatam, & plura ad hanc rem facientia inuenies & c.

De causis oedematis.

Tres sunt oedematis cause, primitiua ut casus percussio, & uictus ratio deprauata. Causa antecedens est copiosa humoris pituitosi ad aliquod membrum defluentis repletio. Causa coniuncta est ipse humor pituitosus in aliquo membro infarctus ac aggregatus & c.

Loci consentientes de causis oedematis.

De causa primitiua loquitur Auic. terti. 1. 4. tract. 2. cap. 2. ibi. Et quando accidit ex percussione & similibus, & non occurrat materia, que attrahitur ad locum eius, nisi phlegma

tunc non apostemat præter apostema phlegmatis &c. De causa antecedente loquitur Gal. 1. de morb. diff. cap. 12. ibi. Principio quod omnes ex abundanti nascuntur humore, sicuti erysipelas à flava bile, phlegmone à sanguine œdema à pituita etc. Et in lib. de tumor. præter naturam, cap. 10. Erysipelas inquit biliosa exuperate fluxione gignitur, inflammatio sanguinea, œdema uero à tenui pituita &c. & in lib. 14. meth. cap. 4. sicut ex biliosa fluxione erysipelas, ita ex pituita ipsum œdema, equidem scio inquit aliter quoque œdema provenire, sicut in affectibus aque intercutis, & malis corporis habitibus &c. lege tu neotericos scribentes, & plura de his forte intelliges &c.

De signis ipsius œdematis.

Verum œdema facile deprehenditur, si signa exuperantis pituitæ in parte lesa adfuerint, & si eius tumor sit laxus, mollis, albus, qui dum digito ipse præmitur foueã admittit, nec attollitur, sed præmentis digiti uestigium relinquit, ibiq; nullus uel exiguus sentitur dolor. Calor est modicus, & si qualia dicta sint pituitæ indicia hoc ad œdematis cognitionem spectant, nam quo magis pituita fuerit tenuis, eo, tumor erit mollior, et quo magis crassa, eo tumor erit magis ad duritiem decliuus. Loci consentientes de causis œdematis.

Gal. 14. meth. cap. 7. Oedema inquit ex pituitoso succo oritur proindeq; præmentibus nobis cedit, digitiq; admodum alte in ipsa descendunt &c. Auic. tertia. 4. tract. 2. cap. 2. Apostema est album, molle, in quo non est caliditas, & quanto plus est materia subtilior, & magis madida, est mollificatio eius uehementior, & digitus facilius penetrat in eo quod comprimat, & quanto plus materia est, crassior est ad duritiem, & ad frigus magis decliuus, & plurimum eius est de uapore phlegmatis, et de genere eleuationis. Hac pro genere eleuatio-

nis intellige inflationis, quæ ex uaporofo spiritu sæpius prog-
gnitur & c. De curatione œdematis.

Quoniam œdema ut dictum est ex pituitosa fluxione ori-
tur. Idecirco antequam curationem aggrediaris, in primis con-
siderandum est, num œdema hoc sit symptoma, ut in hydrope
& cachexia, an morbus per se, si symptoma tunc nulla pro-
pria curatione indiget, sed sola frictione cum sale & oxyrho-
dino tollitur. At si per se morbus fuerit, tunc etiam inuesti-
gandum est, num, tale œdema sit uerum & simplex an spu-
ritu & alijs humoribus admixtu. Si uerum & simplex per se
fuerit, tunc duplici scopo uniuersaliter curabitur, prohiben-
do scilicet, ne humor ad aliquam partem desuat, aut euacuan-
do, si iam fluxus, & in aliquo membro impactus extiterit,
quod ut commodius fiat, tunc alijs quatuor particularibus
scopis indigemus, Primo uiclus ratione, secundo materia antæ-
tecedentis purgatione, tertio humoris iam fluxi resolutione,
quarto accidentium remotione, uiclus igitur ratio sit ad cali-
ditatem & siccitatem cum quadam attenuatione declinuis. Vi-
num sit album obgophoron & odoriferum, utiliter sumun-
tur in ferculis feeniculum, petroselinum, & c. At materiam
antecedentem purgare expediet, nisi plethora quod raro con-
tingit, aliqua immineat, cum casia, Diaphinicone, electuario
indo, confessione de turbit & cæ. modo primum ipsa peccas
materia cum oxymellite, sy. de duabus radicibus bisantino ro-
domellite et similibus æquata seu preparata fuerit. Nam hæc
& delitescentem intrinsecus materiam, non modo crassam
incidunt, sed tenuem digerunt, & euacuant. In. 2. uniuersalis
scopo, cum fluxa sit iam materia, tunc ijs plurimum uti
conueniet, quæ modice digerit, nec ualde exsiccant, sicuti spon-
gia in aquosa posca imbuta, aut cum lotionem ex ijs quæ utran-
que intentionem aggregant, quale illud est Auienna deco-
ctum

Etum ex baurach. i. nitro cinere & aceto &c. De his remedia
 dijs plura habes iuxta neotericos authores, quorum cateru
 recensere oportunum fore non arbitror. satis est, si post mor
 bi incrementum in statu & declinatione, fortioribus exsica
 cantibus ac resoluentibus remedijs utaris. sicut est emplastru
 Auicennae, quod recipit stercoreis uacini libram semis calami
 aromatici spicae absynthij añ unc s. cum decocto caulium fiat
 emplastrum. Spongia etiam sumopere ualet in lixiuio imbu
 ta quod ex cinere ilicis aut fici confectum sit. Quod si oede
 ma per haec dissolui nedum possit, sed potius ad suppuratione
 nem uertatur tunc maturantibus siue suppuratibus opus erit,
 quale est ceratum de diachylone aut emplastrum ex althea li
 liorum alborum ac maluaru radicibus & ceteris suppuran
 tibus compositum. Facta 7 suppuratione, tunc aperiendus est
 locus uel caustico aliquo medicamine aut ferro, expurgato
 pure, fiat deinceps prout in alijs ulceribus sordidis dictu est.
 Accidentia demum si qua interciderint, auferantur. Nam si
 dolor oedemati adnectatur, cum anodinis sedandus est, sicuti
 cum oleo chamomillino de absynthio cu aefypo humida etc.
 Si durities adfuerit statim cum emollientibus tollenda est, ut
 cum medulla crurium uituli cerui dialthea &c. Si pruritus
 acciderit, sicuti in oedemate ab aliqua solutione perueniente,
 tunc lenimento quod ad prurimum faciat, quale est id quod
 Ioanne de Vigo in hoc casu describitur, utendum est &c.

Loci consentientes de curatione oedematis.

Quod oedema accidens curatione propria non indigeat,
 author est Gal. 2. ad Glau. cap. 3. ibi. Nonnunquam in pedibus
 & cruribus eorum quos aqua intercutem uexat, & alijs qui
 malo habitu laborant. solet contingere, uerum tale oedema in
 periculosis illis dispositionibus accidens est, nulla propria pre
 cipua 7 curatione indigens &c. Itidem ait 14. meth. cap. 4.

Z Z

& adiungit, quod satis est ad huius curam si partes tumidas
 perfricaueris oxorrhodino, aut oleo & sale &c. quod itidē
 ait Paul. & Aetius, Auicennas uero & queritur cura quæ est
 cause &c. De quattuor illis scopis loquuntur omnes ferē, qui
 recenter de hac re scripserunt. Plura habes etiam circa uictus
 rationem iuxta Ioannem de Vigo & Guidonem Gualiacū.
 De purgatione loquitur Auic. tertia. 4. cap. 3. ibi, Euacuatio
 quæ sit cum solutione uentris & abſtinentia ab eo, quod ge-
 nerat phlegma, est res, quæ est necessaria &c. De secūdo uni-
 uersali scopo loquitur Gal. 14. meth. cap. 4. ibi, At si ex pitui-
 toso humore in particulam influente oedema constitit, abunde
 aliquando satisfacit spongia, quæ ex aqua in qua sit aceti ali-
 quid, maduerit &c. Auic. loc. cit. & quum factum fuerit il-
 lud, oportet ut sit repercussio eius in principio cum eo quod
 aggregat exiccationem & resolutionem & fricetur locus fri-
 catione dura, deinde administrentur super ipsum exiccanti-
 ua &c. Quæ autem bona sint in principio docens, inquit. Et
 administretur super ipsum spongia nouæ infusa in aceto ad
 mido, aut infusa in aqua baurach & cineris &c. Gale. 2. ad
 Glau. cap. 3. curationis intentio in huiusmodi affectibus mi-
 xta est, una quidem ut eorum substantia discutiatur. Alia ad
 aliquid congregandum & restringendum &c. Auic. loc. cit.
 & quotiens additur ægritudo, ponatur acetum in quo insun-
 ditur spongia fortius parum, & apud statū perueniatur cum
 ipso finis in fortitudine &c. Bac. idest quo magis ad declina-
 tionem morbus properat, & magis ualida administretur me-
 dicamenta &c. Quod itidem demonstrat Galenus loc. cit. di-
 cens. Si igitur per ea quæ dicta sunt non sedetur, tunc aliquid
 fortiorum medicamentorum, quod temperaturam admixtam
 habeat ex dictis potestatibus adijciendum est &c. De acciden-
 tibus remouendis plura habes ex Auic. loc. cit. ibi, oportet ut

sedetur dolor in primis cum his que sunt sicut asypus humi
da & uinum coctum & ceretaria ex oleo &c. Multo tamen
plura capies ex Ioanne de Vigo & Guidone Gualiaco quos
maturius poteris tuo arbitratu consulere &c.

Observationes circa spongiam applicandam.

Gal. 2 ad Glau. cap. 3. oportet autem spongiam esse omnia
no nouam, que si non affuerit saltē exquiste abluta sit aphro
nitro & nitro & lixiuio. Bac. Auic. tertia quarti, cap. 3. in
quit, quod si spongia non inueniatur, panus duplicatus in dua
bus tunicis cum aqua cineris administretur & asiduetur sa
per ipsam una uice post aliam, & oportet ut spongia com
prehēdat omnia latera, ne declinet materia ad latus aliud etc.
In substantia enim spongię sunt exiccatio & resolutio, Ga
le. 14. meth. ca. 4. si nouę copia non sit, melius est eo quod uul
gus uocat elychnion utare &c.

Observationes circa ligaturam.

Auic. loc. cit. Et strictura cum ligamentis confert ei, in quo
non est materia crassa, & oportet in illa ligatura ut sit ince
ptio ab inferiore ad superius &c. Gal. 14. metho. cap. 4. Deli
getur ab inferiore sursum, sit autem arctatio mediocris, uel
ti in ossis fractura ac quidem primę fascię iniectiones, que
scilicet inferne incipiunt, magis arctande, que deinceps sunt
sensim remittende, ceterum ut laxa sit aliqua deligatio
nis pars &c.

Observationes circa polcam.

Pusca quam greci ὀφθαλμαγωγὸν nominant, ita tēperata esse
debet inquit Gal. 2. ad Glaucō. ut possit ipsam quispiam bibo
re, que autem plus aquę continet in principio adhibenda est,
maxime laxis corporibus, que uero fortior fuerit uirilibus
corporibus & duram habentibus pellem, et que ad primam
spongię appositionem non iuuantur. Auic. loc. superius cit. et
non oportet ut contangat ipsum aqua &c. Bac. intellige tu de

aqua simplici nam prater id quod ipsa humectat etiam sumo-
pere frige facit. Quod extra medendi scopum existimat.

Oedemati ac phlegmaticis apostemati-
bus conferentia.

Conferunt oedemati et pituitosis abscessibus, alumen, apium,
abrotanum, bdellium, folia brance, urine cum assungia uete-
ri cataplasma allei cum aceto, castoreum, folia brassicæ oleum
de cherua, cyclamen cum oleo bullitum, radix cucumeris asi-
nini cum farina hordei uel elesterium, foenugrecum, radix li-
liorum alborum, lupini cum oleo, matricaria, mentha myr-
rha, nasturcium cum aqua & sale, oleum de styrace, folia pa-
ritarie, pustule cum uino coctæ, pix cum cera & oleo, folia
platani, sal cum mentastro & melle, sifymbrium, spongia no-
ua, radices tamarisci, uiscus cum calce, hypericon, oleum lilio-
rum alborum, &c.

De pronost. oedematis.

Hip. pronost. primo tex. 34. si uero mollior tumor est, nec
dolet & pressus digitis cedit diuturniorem efficit iudicatio-
nem, ac minori cum periculo est, Bac. lege Gal. commentum,
& intelliges quod fiat cum minori periculo siue intrinsecus,
siue extrinsecus hoc accedat, nota etiam, quod oedemata acci-
dat magis in hyeme quàm in alijs temporibus & plus in senibus
& in ijs præcipue qui ad ganeam dediti sunt quàm in iuueni-
bus & ijs qui parco uictu utuntur. Terminatur etiam oede-
ma per resolutionem raro per suppurationem, & ut pluri-
mum in nudos, siue abscessus desinit &c.

Auth. dissentientes circa oedemata.

- 1 Adferere idem esse oedema cum inflatione.
- 2 Adferere, nudum oedema per se dolorem efficere.
- 3 Adferere oedema purum fieri a dolore tanquam a cause
primitiua cum Auicenna.

Confutatio dissentientium circa cedemata.

Ad primum Gal. 14. meth. cap. 7. uidetur respondisse dicens, nunc de inflationibus differamus, quibus diuersa ab cedematis curatio est. illa namque ceu diximus ex pituitoso succo ortum habent, inflationes uero ex flatuoso spiritu collecto nascuntur, & sic diuersa non modo sunt in causa, sed etiam in curatione. unde idem esse non possunt &c. Ad secundum idem Gale respondet pronost. primo comen. 34. dicens, quod mollis tumor dolore uacat. Hinc inferas tu, sed cedema est tumor mollis igitur dolore uacat. Ad tertium respondetur quod cedema si rone doloris efficeretur ut Auicennas sequere tur quod pituita ad locum dolentem sola transiret, quod est impossibile, nam instrumenta nature quibus loco dolenti solet auxiliari inquit Gal. sunt sanguis spiritus & bilis ex quibus tumor calidus generatur potius quam frigidus, quare nullo modo a dolore tanquam a causa primitiua fieri poterit, nisi forte de cedemate alijs humoribus admixto Auicennas intellexerit &c.

De strumarum definitione & diuisione.

Strumæ quas Græci $\chi\omicron\sigma\pi\alpha\delta\acute{\alpha}\varsigma$, & Plinius scrophulas & scrophis uidelicet, quæ id morbi patiuntur, nominant, sunt tumores glandosarum carniuum indurati, qui in collo sub alis, ac inguinibus oriuntur, quarum differentias Aetius esse plures existimat a loco orta natura magnitudine & uasorum complexu deductas.

Loci consentientes de strumarum definitione & diuisione.

Quod strumas siue scrophulas latini & $\chi\omicron\sigma\pi\alpha\delta\acute{\alpha}\varsigma$ Græci nominarint, legere est iuxta Plin. lib. ij. ibi. Guttur homini tantum & suis intumescit aquarum, quæ potantur uitio, propter quod quedam tubera spongiosa per corpus aliquando

in *scrophule* dicuntur, quæ etiam sub *strumæ* appellati-
 one continentur & c. Gal. de Tumor præter naturam cap.
 17. Quum inflammationes glandosarum carni-um ad *scir-
 rhum* deuenerint, huiuscemodi affectus *struma* & à græci
χολπας nuncupatur & c. Et. 13. meth. cap. 5. Quod si *scirrho-
 sior* ad *enarum phlegmone* fuerit, hæc ægre sanabilis et *stru-
 ma* dicitur & c. Quod autem *strumæ* nascantur in partibus
 iam commemoratis, testis est Paul. cur autem magis in his par-
 tibus quam in alijs duplicem Gal. reddit rationem, alteram
 quia hæc glandulosa partes facilius fluxiones recipiunt, cum
 natura sint rariore, alteram uero, quia robur uenarum art-
 riarum neruorum & musculorum est ualentius, sed corpo-
 rum quæ glandularum sunt natura, imbecillius & c. Aet. ser.
 15. cap. 5. Differunt *strumæ* inter se magnitudine, quia aliæ par-
 uæ, aliæ magnæ, aliæ medie, natura, quia aliæ mansuetæ, aliæ
 malignæ, mansuetæ habent citra inflammationem & dolo-
 rem moderatam duritiem, malignæ inflammationes ac dolo-
 res inducunt, loco, quia quædam in anteriori parte colli, quæ-
 dam ab utraque oriuntur, quædam sub cutis superficie, quæ-
 dam circa uasa nobilia insident, ortu, quia quædam eleuati-
 facile huc uel illuc impelluntur, quædam insertæ, quæ ad ta-
 ctum renitentur, multitudine, quia una & plures generantur.
 Vasorum complexu, quia quædam uenas at arterias implica-
 tas habent, quædam uero non habent & c.

De strumarum causis.

Strumarum causæ præincipientes sunt, deprauata uictus
 ratio, & quæcumq; possunt pituitam crassam generare. Ante-
 cedentes sunt humores crassi ac glutinosi, qui perinde in *scir-
 rhos* hunc morbum pariunt Causæ coniunctæ sunt ipsi humo-
 res in hisce partibus impacti ac collecti *strumas* actu effi-
 cientes & c.

Loci consentientes de causis strumarum.

Auic. tertia. 4. trac. 2. cap. 10. cibi crassi & potus aqua sua per eos, & nauseatiua satietas, & repletio uitanda sunt, quoniam hunc morbum generat. Gale. apho. 3. cō. 25. Horum admodum passio struma quoque est, non ex calida materia, neque ad suppurationem properante, sed pituitosiore & frigidior consistens & c. Visum est in Celso quod ex pure & sanguine concreto id mali contingat, siquidem lib. 5. cap. 28. dū strumā definit, hæc uerba habet, struma quoque est tumor in quo subter concreta quedam ex pure & sanguine, quasi glandulæ oriuntur & c. Quod autem tales humores in hisce locis impati efficiant strumas, auctoritatem habes iuxta omnes neotericos qui de hac re scripserunt.

De signis strumarum.

Notæ strumarum facile capiuntur, si pituitosorum tumorum indicia memoriæ mandaueris præsertim si ex colore albo, & ex duritie quam materia crassa efficit, diligenter id mali inuestigaueris. Cognoscuntur strumæ que in pellicula, siue uelamento includuntur ex earum mobilitate & cutis segregatione, infixæ uerò quam a loco dimoueri non possunt, sed carni adherentes tenaciter permanent. Strumæ etiam plures sunt & ad instar racemi uuarum una post aliam dependet, et in locis supra allegatis sepe reperiuntur, idcirco a nodis Aiacæne differunt, quæ ipsi singulares sint, et non plures ut strumæ.

Loci consentientes de signis strumarum.

Quod ex indicijs tumorum pituitosorum strumæ deprehendantur, testis est Guido Gauliacus. Auic. tertia quartitra. 2. cap. 9. scrophulæ ut plurimum accidunt in carne molli & cis uelamen neruosum, & forte ex una earum generatur plures & simulantur in hoc actuali & c. Hac pro actuali intelli-ge uerrucas, id est similes uerrucis, quando ex una earum plu-

res dependeant, lege locum hunc Auic. & differentiam strumarum cum nodis intelliges, Ioannes de Vigo duas rationes affert, quibus ipsæ a nodis differant, quas uiderere poteris ubi de excrescentiis phlegmaticis agit, Paulus libro. 6. ca. 35. de illis loquitur quæ suis membranis includuntur & c.

De curatione strumarum.

Quum strumas curare uolueris primū considerato, nun curationem admittant an per se incurabiles & carcinodes sint, si primum tunc duplici scopo strumæ curabuntur, uiculus uidelicet ratione & eius quod in corpore abundat uacuatione. ceteræ uerò carcinodes nullo pacto curationi per manum cedunt. Viculus igitur ratio sit incisoria tenuis & calefactoria, absint frigida potio immoderata repletio, humida habitatio, & quantum fieri potest inedia tolleretur. Euacuatio fiet, aut per uenæ sectionem existente plethora, aut per uomitum, aut per alui solutionem, prout tempus ætas & rei euentus exposulabit, uena si opus fuerit, secari debet cephalica, uomitusq; a prandio uel sumo mane cum helleboro raphano anetho in aqua decoctis & adiuncta oxymellitidis portione, irritabitur. Vacuatur etiā pituita per sedem fistula aliquali præparatione, cum agarico hiera picra confusione de turbith pilulis de hermodactilis diaphinicone, & ceteris huiusmodi aliis pluribus, quibus iā peractis si strumæ non cefferint, primum ad emolientia, deinde ad digerentia ac discussoria progrediendum erit, emolliunt omnes ferè adipēs & medullæ ammoniacum, bdellium styrax altheæ radices, æspus, dialthea, butyrum, diachylon, & cetera alia cetera, quorum cathalogum recensere nunc nostri instituti non est. Discutiunt uero strumas stercus caprillum, uel bubulum cum melle & aceto, in formam emplastri redactum. Itē calx pinguis cum melle uel oleo uel adipe suillo excepta. Quod si nec

strumæ discuti possint, de duobus alterum necesse est, aut quod vitiatum erit, excidatur, aut medicamento id putrescere cogente, curetur, strumæ igitur ad suppurationem perducunt, non solum emplastrum ex fenugreco seminibus lini, radicibus liliorum alborum cum uiscilagine althææ confectum, sed id quod a Paulo refertur lib. 4. Quod recipit Myrrha drach. x. Ammoniaci thymiamatis drach. vii. uisci quercini drach. viii. Galbani drach. iiii. Propolis drachma, quæ omnia in pila contunduntur. Cæterum iam maturatas caustico aliquo uel medicamento rumpantur, uel ferro. Rumpit eas loliacea farina cum fimo columbæ & semine lini uino incocta, At ruptæ mox detergantur cum unguento ægyptiaco aut apostolorum uulgo uocato. Hæc enim sumope ad strumæ ulceratas et malignas proficiunt. Quod nisi quid horum prodesse uidebitur, ad earum incisionem ac euulsionem te conferes, In hocque Albucasin aut Aetium ex leonida, aut Paulus libro sexto, capite trigesimo quinto, consules, nam de harum incisione satis luculenter pertractarunt, Caue tamen in hac incisione dum circa collum operaris, ne arteriæ, quas carotidas uocant, uel recurrentes nervi quoquo modo offendantur. Nam quod inde sequitur satis noxæ maioris esse potest, quam strumæ relictæ & cæte.

Loci consentientes de cura strumarum.

Auicenn. tertia quarti tracta. secundo, cap. decimo. Radix super quam est fiducia in curatione habentium scrophulus est euacuatio & subtiliatio regiminis & c. lege tamen hunc locum Auicennæ, & circa uiculus rationem plurima intelliges, quæ itidem habet Ioannes Tagaultius in suo Guidone. Gauliaco, quod rursus repetere locus non est, Paul. lib. 2. ca. 35. Maligne quas carcinodas aliqui dixerunt, notum est omnibus, quod per manum curationi non cædunt. Quod uero uacuatio

fieri debeat tum per uomituram tum per solutionem uentris,
 & uenesectionem satis patet per Auic. loc. cit. dicentem, &
 de euacuatione laudabili est uomitus, & necessarium est so-
 lutione educere phlegma crassum cū pilulis, & iterum suman-
 tur inquit turbitih & zinziberis & sacchari partes aequales,
 & bibantur usque ad drachmas duas, nam præter quod soluit
 phlegma crassum, est etiam non calefaciens, neque intestino-
 rum faciens rasuram, & phlehotomia iterum inquit est u-
 uatiua, & oportet proculdubio ut fiat ex cephalica & c. His
 tamen adiungit Ioannes Tagaultius, que urinam citere possunt,
 tum que collectum humorem in halitum dissolunt, ac
 discutunt, Aet. ser. 15. cap. 5. Cæterum inchoantes strumas tum
 in pueris tum in his qui chirurgiam non admittunt medica-
 mentis dissoluere ac discutere conabimur & c. Paulus lib. 4.
 cap. 33. Probe autem discutit strumas calx melle, uel gymnasia-
 siorum sordibus uel oleo uel adipe suillo excepta, Gal. 14. me-
 tho. cap. 11. Est uero duplex intentio, nempe uel totum quod ui-
 ciatum est scalpello excidentibus nobis ueluti in cancro, uel
 putrescere id medicamento cogentibus & c. Quod uero ma-
 turate rumpantur caustico, & precipue loleacea farina cum
 fimo columbino testis est Paulus loco superius citato, simili-
 ter quod abstergi debent cum unguento apostolorum uocato
 etiam hoc testatur Auicennas ibi, iam inuenimus unguentum
 apostolicon relatum ad christianos in scrophulis mortali-
 bus ruptis sanationis magnæ & c. De incisione ac euulsione
 strumarum loquitur ferè oēs iam dicti, sed satis breuiori ser-
 mone ac lucidiori ab Aetio ex leonida dictū est, Aui. 3. 4. cap.
 10. etiam de hac re facit mentionem ibi, qđ si fuerit necessariū
 in curatione scrophularū uti ferro & c. Quæ autē in his sectio-
 nibus ac euulsionibus cauendum sit, ne arteriæ & nerui re-
 currentes tangantur, exemplum habes ex Gale. 1. de loc. affec.

ca. 6. ibi, quum ex ceruice quidam cheradas in profundo in-
cubentes excideret, unguibus eas euellens, imprudens ob igno-
rantia simul recurrentes nervos distraxit, atq; hoc pacto pue-
ru liberavit a strumis, sed mutū reliquit & c. Paulus Animiū
ingt ubiq; adhibe ne arteria et nervi recurrētes uiolētur & c.

Observationes circa uictus rationem.

Auic. tertia. 4. ca. 10. Tolleret famem quantum potest, &
aborreat omne quod replet caput materia, & oportet ut cu-
stodiat præparatus eis caput ab eo quod facit currere ad ip-
sum materias ex præparauionibus facientibus currere, sicut
prosternere se superficiem, & curuare se super genua proli-
xe, & habere puluinar demissum, seu nō eleuatum, ut caueat
ab operationibus que trahunt materias ad caput, sicut loquū-
tio plurima & dolor capitis & rixa & c.

Observationes circa strumas calidas.

Auic. loc. cit. in huiusmodi strumis oportet ut conficiantur
tur medicinz calidæ prædictæ cum oleo rosaceo & dimittantur
per dies aliquot & administrentur in scrophulis calidis
nec oportet, ut superflua sit administratio medicinarum ac-
tarum, imo sufficit eis quod est sicut sauch de tritico cū aqua
coriandri, & quum scrophule sunt magnæ tunc chirurgicū
alienent se a curatione earum cum ferro & medicamine ac-
to & c.

Strumas curantia.

Strumas curant radices acetose, adeps anguis ammoniacum,
cum, althea cum brassica in uino cocta, apium risus cum simo
porci, cinis hepatis asinini cum oleo, axungia cum helleboro
farina & sale, succus occlaminis, bitumen iudaicum, bdelliū,
radices & folia capparorum, folia adiantii, chocele, siuelia
maciæ cum testibus suis appositæ, coriandrum cum farina
fabarum, uel cicicis, radix cucumeris asinini cum aceto, car-
nes critij marini ficus Pharaonis, id est lac uel decoctū, gal-

banum, flores genistæ cum rhodomelite, lactuca asini cū adipe, lacertus uiridis aligatus, radices lapatis cum axungia, lentesc in aceto coctæ, lolium cum semine lini & stercore columbi, lupinorum farina cum aceto, opopanonum, pix humida cum farina hordei, segapinum, caro serpentis abieclis extrimitatibus, stercus cameli & capræ, styrax, caro testudinis comesta & fel eius linitus, uerbasci folia cum aceto, uiscus cum resina & cera, succus uitæ albæ cum melle & uino partibus equalibus, urtica cum assungia, radix iridis cum melle ex oleo chamomille, unguentum apostolicum. Auic. diachylon, unguentum artauitæ paruum, unguentum de uxisar. Auic. hieralogodion. Auic. oleum cucumeris asinini, oleum irinū, de ben. mesemplastrū Oribasij ex Mesue. ij. antid. etc.

De pronost. strumarum.

Auic. tertia. 4. trac. 2. cap. 9. Homines uehementius expositi ad habend. scrophulas in partibus colli & capitis, sunt, cura habentes colla humidarum complexionum, & saliores scrophule sunt quæ accidunt infantibus, & grauiores sunt quæ accidunt iuuenibus, & cap. 10. Multoties inquit redeunt scrophule incipientes extenuari & dissolui ad dispositionem suam primam, & scias quod de scrophulis sunt in quibus est cancerositas aliqua & c. Celsus lib. 5. cap. 28. strumæ præcipue fatigare medicos solent, quoniam & febres mouent, nec unquam facile maturescunt, siue ferro siue medicamentis curantur, plerumq; iterum iuxta cicatrices ipsas resurgunt, multoq; post medicamento opus est, quibus id quoque accedit, quod longo spatio detinent & c. Paul. lib. 6. cap. 35. strumæ quæ tactu indolent, & medicamentis impositis deteriores redduntur, malignæ sunt, nec curationem per manum admittunt & c. Aet. ser. 15. cap. 5. Paruæ igitur strumæ facilius curantur quàm magnæ, & māsuetæ citius quàm inflammatæ, at ue-

ro maligne incurabiles sunt quum enim omnes huiusmodi strumae caceratae ac uasis refertae sint, si eas per chirurgiam aggrediaris sanguinis eruptionis periculum imminet, supra hoc quod peritius infidentes rescindi non possunt nam uenas iugulares & arterias carotidas, maligna struma ueluti radices habet. Verum superficiariae facilius curantur quam profunde, & quae in collo oriuntur quam reliquae, sed uocales neruos uitare oportet &c.

Auth. dissentientes circa strumas.

- 1 Adserere non differre strumas à stratomate et meliceride in cura.
- 2 Adserere cucurbitulas in strumarum curatioe multum conferre
- 3 Adserere per natura glandularum diuersum non esse curandi modum
- 4 Adserere strumas in mammis oriri non posse.

Confutatio dissentientium circa strumas.

Ad primum Gal. 14. meth. cap. 12 inquit quod communes indicationes in his tumoribus sunt tres scilicet digerere, putrefacere & excidere, & quod meliceris triplicem curationem admittit, Atheroma duplicem scilicet excidere & putrefacere, Stateoma uero sola manuum opera curatur, quum nec putrefieri possit, nec digeri, sed strumarum curatio alia est, quum in scirrhuso praesertim affectu fuerint, quia non aliter quam scirrhis, qui alijs in partibus nascuntur, communis est, & sic in cura differunt &c. Ad 2. Auic. 3. 4. tra. 2. cap. 10. Et uentosatio est inconueniens patientibus scrophulis secundum plurimum, quoniam non est ei possibile ut euacuet ex materia, quae est in scrophulis, imo attrahit ad eas et incrassat ipsas per id quod extrahit de sanguine subtili etc. et sic nullo modo conferunt etc. Ad 3. Gal. 14. meth. cap. 12. duplicem glandularum naturam ostendit & diuersum medendi modum dicens. Sunt quaedam in medio uasorum spatio, & ibi quod scissum et de-

ductum est, implet, & pro diductionis firmamento opus sunt, & has iubet uel scalpello excidi uel medicamento putre scere cogentibus tolli. Aliæ sunt quæ uel saliuam, uel lac, uel genitale semen, uel pituitosum humorem in faucibus uel larynge generant, & hæc cum in scirrroso affectu fuerint, non aliter quam reliquæ partes scirrrose curandæ sunt, & sic diuersus est curandi modus.

Ad quartum Cornelius Celsus in mammis quoque scæmæ narum se reperisse strumas chirurgicus Megeus inquit author est. Præterea ad strumas mammarum remedia docet Paulus lib. 4. cap. 33. quæ si illic fieri non possent, frustra esset dare remedium &c.

De scirrhi definitione ac diuisione.

Scirrhus qui a græcis dicitur σκίρρος, siue σκλήρως & barbare sephiros, duplex est ^{exp. p. n.} id est exquisitus ac purus, siue ^{non exp. n.} id est non exactus & impurus. exquisitus itaque est tumor præter naturam durus quidem, sed omnino sensus atque doloris expers, non exactus uero durus tumor est. doloris etiam expers, sed omnino non insensibilis, & si difficulter sentiatur &c.

Loci consentientes de scirrhi definitione & diuisione.

Gale 2. ad Glauco. cap. 4. Exquisitus scirrhus est tumor præter naturam insensatus durusq; non exquisitus uero non omnino insensibilis est, difficulter tamen omnino sentitur &c. Itidem habet quarto de uic. in morb. ac. cõ. 21. & Paul. lib. 4. cap. 32. Auic. tertia quarti cap. ij. Apostema durum nominatum sephiros, quod purum est, est illud cui non associatur sensus neque dolor, & si remanet sensus quidam licet sit paruus, tunc nõ est sephiros purum etc. lege in sup. Aet. ser. 15. ca. 3. ubi de Tumoribus induratis sermone facit, et idemet intelliges etc.

De causis scirrhi.

Causa scirrhi, prout de alijs tumoribus dictum est, tres esse possunt, pro cataractica, ut uictus ratio, & quaecunque melancholiam crassamq; humorem generare apta sunt, antecedens causa est humor melancholicus ac crassus in toto corpore, ipso liene hepar non expurgante, receptus ac collectus, quæ si non naturalis fuerit per se concretus ac lapidosus exquisitum scirrhum producit. At si per admixtionem aliorum humorum compositus fuerit, tunc non exquisitum scirrhum, sed uel phlegmonodem, uel œdematodem, uel eryspelatodem generabit, quod si per adusionem adhuc genitus sit, tunc cancerum & non scirrhum pariet. Verum si fuerit hic humor naturalis nihil horum, sed non exactum scirrhum tunc efficit. Causa coniuncta est humor melancholicus, siue humor crassus & glutinosus, in parte quacunque affecta impactus, qui contumaciter repugnans non nisi egre solui potest & c.

Loci consentientes de causis scirrhi.

De causis primitiuis satis luculenter omnes ferè neoterici pertractarunt, in idq; unanimiter concurrunt, quod omne melancholiam ac pituitam generans causa sit primitiua scirrhi. Auic. tertia quarti trac. 2 cap. ij. & sephiros aut fit a melancholia feculenta sola radicali, aut a melancholia commixta cum phlegmate, aut ex phlegmate solo quod induratum est & c. Gale 14. meth cap 4. Siquidem humor unde eiusmodi uitium nascitur, aut glutinosus est, aut crassus, aut utriusque rationis particeps, & in secundo ad Glau. cap. 4. Fit ex humore lento & erasso uix solubiliter induratis partibus infixis, quibus uerbis plane demonstrat non solum a melancholia, ut in lib. de tumor. præter naturam fatetur, sed etiam a pituita crassa & glutinosa scirrhum oriri posse, ut ipse Auicenas, in cæteris consule Ioannem Tagaultium Rasim in suo contra

nenti, & ceteros praticantes, quorum libri ex his referti sunt & c.

De signis ipsius Scirrhi.

Indicia Scirrhi sunt tumor durus insensibilis tactui renitens, & ceterae apparentes notae, quae melancholicum crassumque humorem in corpore delitescentem demonstrant. Cognoscitur etiam scirrhus cancerosus ex inflammatione, pulsatione, ac uenarum in circuitu tumoris apparitione, Scirrhus etiam apparet paulatine, sed in dies fit maior, si fiat a melancholia, color eius est ueluti plumbeus ac liuidus, si uero a phlegmate, eius color ad corporis colorem uergit & c.

Loci consentientes de signis scirrhi.

Aet. ser. 15. cap. 3. Scirrhorum uero nota est tumor pertinax & ad tactum renitens ei ad sensus difficultatem inclinatus, ut tandem hi loci, in quibus est, sensus exortes fiant, & ad ossis duritiam perueniant, sed eo pili in ipsis oriri soliti minime nutriuntur & exacte glabri fiunt & c. De scirrho canceroso loquitur Auic. tertia quarti cap. 2. ibi & quandoque canceratur sephiros & propinquitas sephiros ad cancrum & elongatio eius ab eo est, secundum multitudinem inflammationis eius & paucitatem, & apparitionem pulsationis in eo, & occultationem eius & apparitionem uenarum in circuitu eius & c. Quod autem scirrhus paulatine appareat, idem eodem in loco demonstrauit dicens, & omne sephiros aut incipit apparere paulatim, & additur, aut conuertitur ex phlegmone aut erysipelate aut exitura in loco uacuo & c. Similiter de colore scirrhi loquitur dicens & color qui fit ex melancholia est cineritius, aut si fuerit ex melancholia cum phlegmate ad mixta, color eius declinat ad colorem corporis & c.

De curatione scirrhi.

In curatione scirrhi considerandum est, num tumor sit durus ac nullius omnino sensus particeps, an adhuc sensibilitatis

tis

tis uestigium in se retineat, primum, ceu illum, qui nullā cu-
 rationem admittit intactum relinques, alterum uero triplici
 scopo, dum curationem aggredieris, sanitati restitues, regi-
 mine uictus scilicet euacuatione, & eius quod præter natu-
 ram in particula continetur, ablatione, regimen in sex rebus
 non naturalibus sit calidum & humidum, in primis; alimē-
 ta euchyma sint, purum ac probum sanguinem generantia,
 ea; fugienda sunt, quæ non modo crassum & glutinosum hu-
 morem uerum & melancholicum & nigrum sanguinem pa-
 rere possunt, absintq; animi ~~uoluntas~~ ueluti sunt ira, sollicitu-
 do, curæ uestigia, uigilie & c. Euacuatio totius corporis, ple-
 nitudine apparente, fiet uel per sectionem uenæ, uel per ea,
 quæ crassum humorem ac atrabilem euacuare apta sunt,
 sicut diarsena Diacatholicon, confectio hamech. Infusio senæ
 polypodij fumarie item pilule de lapide lazuli, inde, de su-
 moterræ, uel cassia myrobalani indi & c. At si sanguis pluri-
 ma nigredinis per totum corpus appareat, in primis sectio
 uenæ ualde erit oportuna, euacuato igitur corpore, tunc ad
 scirrhosum affectum cum iis quæ & discutere & eodem tem-
 pore emollire possunt curationem conuertas, nam si medica-
 mentis quæ discutunt uehementer & attrahunt in hoc affe-
 ctu absque emolliētibus uti uolueris, id certo efficies, ut quod
 in eo erit tenuium partium discutatur, quod uero reliquum
 est, lapidescat ac ueluti insanabile relinquatur, si uero emol-
 lientibus tantum utaris absque discussorijs, periculum etiam
 imminet ne scirrhus nimia duntaxat emolitione facta, in can-
 crum abeat, quare superest ut utrisque intentionibus eodem
 tempore scirrhus curandus sit, sunt autem ea quæ cum emol-
 liendo etiam discutunt a Gale enumerata, inter medullas cer-
 uinam & uitulinam, inter adipem anserinum & gallinacium,
 inter resinas terebinthinam & laricinam. Emolliunt insu-

per ac discutiunt bdellium, galbanum, ammoniacum &c. Facit ad hanc rem sumopere cortex radice althææ cum anserino & gallinaceo adipe in forma cataplasmatum appositus, At quia membra corporis alia alijs naturaliter sunt rariora ac densiora, idcirco etiam remedia sub diuersa specie applicanda requirunt, quippe induratis tendonibus ac ligamentis non tantum emollientibus auxiliamur, sed etiam aliquantulum incidentibus. Hoc modo primum in acerrimo aceto candentem ex igne lapidem pyriten siue molarem iniecto, facit ut uaporem aceti adhuc calidum tendones primum suscipiant, moxq; medicamentum quod emolliat, imposito. Verum ab initio particula laborans omnino perfundenda est oleo, non aqua, quippe oleum esse debet tenuium partium non adstringens, sed emolliens quale sabinum, aut id sit in quo fenugraecum althææ & syluestris cucumeris radices aut anethi comam incoxeris, peractaq; primum oleo tendonum emolliatione tunc factus ac prestantius est posthac per aceti suffumigium curare, q̄ antea, nam si non idoneo tempore & per interualla aceti uapore utaris, non sic facilem curam ac a Galeno describitur, inuenies, in cæteris uero carnosissimis partibus, & ubi non est, ut metuas quod nerui uiolentur, tuto ac libere aceto medicaberis, nam in liene affecto ubi per emollientia medicamenta durus tumor emollitus sit, ammoniacum cum aceto liquatum maxime prestat, ac conducit &c.

Loci consentientes de curatione scirrh.

Quod scirrhus insensibilis curam non recipiat, manifeste apparet ex Gale. 2. ad Clau. cap. 4. ibi. Scirrhus igitur insensibilis curam non recipit, itidem ait Paul. libro. 4. cap. 32. Quod autem triplici scopo curetur regimine euacuatione, et quod preter naturam in particula continetur ablatione, attestatur Auicenn. 9. 4. cap. 12. oportet inquit ut de his apostema-

tibus illud curetur, cui est sensus, & sit sollicitudo curationis post mundificationem corporis cum eo quod educit humorem facientem agritudinem, & fortasse est illa mundificatio cum phlebotomia, si est sanguis plurime nigredinis, & super illud sit, quod resoluit & lenit simul & c. Gale 14. meth. cap. 4. Curandi eius communis indicatio est, ut quod præter naturam in particula est torum euacuetur. Modus autem euacuationis eius proprius est, nam detergere id ubi contumaciter inheret oportebit. quod si quis, ijs quæ uehementer trahunt digeruntque medicamentis uacuare tentet, nec ijs quæ humectent & excalefaciant, molliet ac liquet, huic paucis primis diebus egregie processisse curatio uidebitur, ceterum quod de affectu restabit, id insanabile erit, siquidem toto quod in eo tenuium partium erat digesto, quod reliquum est ueluti lapidosa concretio linquetur & c. Itidem aiunt Paulus, Aet. & Auic. & ceteri scriptores. Quod autem ea quæ cum emolliendo etiam digerere possunt, huic apta sint, lege Gal. loc. cit. & ad Glau. cap. 4. ibi non igitur curandæ sunt partes induratae medicamento immodice siccante, sed cum eo quod calorem habeat tepidum humiditatem uero nec multam nec omnino minimam. Quod enim superfluum humorem habet, nihil omnino dissoluit & c. Vocantur etiam inquit molliciantia medicamenta omnes medulle atque adipēs ex medullis primas obtinet ceruina deinde uitulina & c. Aet. Ser. 15. ca. 4. Quum uero partes quædam natura rariores, quædam densiores sint, consequens est, ut singula proprijs medicamentis priuatim opus habeant, quapropter ad tendines & ligamenta præstabilius esse iudico, ut mollientibus medicamentis aliquid adiungatur quod incidendi uires habeat, inter quæ præcipuum est acetum & c. Gale. 14. meth. cap. 5. In aceto acerrimo cantharidem igni lapidē pyriten seu molare extinguo. deinde post

infusum lapidi acetum ascendente uapore calido in hoc di-
moueri scirrhosum ligamentum uel tendonem cogo a'q; exin
de rursus medicamen quod emolliat impono. oleo tamen prin-
cipio curationis non aqua omnino laborantē particulam per-
fundo & c. Vide hunc Gal. locum fusius & omnia a me supe-
rius exarata ad unguem inuenies. Quod itidem facit Gal. 2.
ad Glau. cap. 4 ubi si quis curationem perfecte uoluerit intel-
ligere, legere nō negligat ceruicij pueruli historiam, nam ibi
quid pluribus oporteat, Gal. satis luculenter docet & c. Quod
uero in ceteris carnosis musculorum partibus scirrhosis, tu-
tum sit aceti medicamentum, hoc idem innuit Gal. 14. meth.
cap. 5. ibi, At in liene & carnosis musculi partibus scirrho a' f-
fectis, tutus aceti usus est, quippe rare sunt naturaliter, nec
est, quod metuas ne quis nervus eius ui ledatur & c.

Observationes in balneis.

Auic. 3. 4. cap. 12. & oportet, ne multum utatur balneo, quo-
niam resoluit subtile & aggregat spissum, & nō potuerit ad
hunc finem ut leniat spissum & c. Paul. lib. 4. cap. 32. a balneo
aut in totum egrī abstinebunt, uel certe copioso. Aet. ser. 15.
cap. 3. a balneis tamen medicatis abstinentiam cōsulo praefer-
tim, quae alum. aut sulphuris, aut aeris qualitātē admixtā ha-
bent, etc. Observationes in aceti administratione.

Gal. 14. meth. ca. 5. Aceti uis modo ea q̄s modice et debito
tēpore utatur, salutaris eiusmodi affectibus est, ceu crassos hu-
mores dissecās ac dissoluens, sin uel immoderatius, uel in tem-
pore non idoneo, tenuiores partes absument, id q̄ reliquum
est lapidescere sinit, sed si quis eo diutius utatur, substantiā ip-
sam neruorū delibauerit, ob id igitur saepe nec inter initia,
nec longo tpe medicamentis quae ex aceto cōponūtur ad liga-
menta et tendones, utendū est & c. Auic. 3. 4. cap. 12. & quum
apostema est uehementis grossiciei, tunc non est excusatio ab
aceto, ipsum, n. incidit & debilitate uirtutem membri, &

proprie quando est neruosum, quoniam est uehementius uacuum a materia, & dimittit eam cause imprimenti de foris, uerum oportet, ut sit administratio aceti & intromissio eius in medicinis in fine rei non in eius principio & c.

Observationes circa humectantia & exiccantia.
 Auic. loc. cit. & reuolutio resolutionis cū lenitate sit cum eo quod non exiccat plurimum & humectantium raro resoluit, oportet igitur ut sit gradus humectantium in caliditate ex secundo ad tertium, & in exiccatione ex gradu primo & c.

Observatio circa adipēs & mollientia.

Auic. loc. cit. & oportet ne in istis adipibus, & eorū similibus molliciantibus sit sal omnino, quoniam sal exiccat & indurat.

Observatio circa uacuationem.

Mes. cap. de melan. canō quidem est in aegritudinibus melancholicis, ut non bis uel semel, sed per interualla faciamus euacuationem talem habentem temperiem, ut natura possit regularē euacuationem, non autē euacuatio ipsam naturam & c.

Emollientes medicinae ex Dioscoride.

Emolliūt adipū medicinae, bdelliū, cinnamomū, cypros, cistos, cera, cerussa, chalcanthū, calce uiua, cespysus, fenugracū, glencinum, ammoniacū, irinū, laurus, lana succida, linū, lapis gagates, metopiū, myrrha baccotica, medulla animalium, naphtha, palimpissa, panaces heracleo, psylliū, plumbū elotū resina, styrax uisum & c. Valent et duritiebus membrorum subsequētes medicinae ex alijs authoribus. s. radix acori, althea cū fenugraeco & melle, apiū, balsamus, butyrū, chamomilla, radix canabis, carnes uacinae, casseus antiquus, brassica, cheiri, centaurium, cyclamen, cucumer asininus, helleborus niger, sex uini, carica, chamepithys, oxylapathum, lenes, liliū, lolium, malua, marubium, mellilotum, nigella, oleanthum, opopanax, pix propolis, raphanus, sapo, segapenon,

serpentaria, sifanum, sycomotorus, stercora porci uacca cum aceto, triticum coctum, uitis alba, urtica semina, iris hypericon, cypri ceratum Democriti mes. Diachylon, hiera Andromaci, tyriaca magna, oxycroceū, algete conf. Auic. prima qn. emplastrum Oribasij ex mes. empl. de melliloto, de styrace uiatiti in. 6. trac. oleum uetus anethi liliorum alborum amygdalarum dul. de capparibus, oleum irinum, benedictum, nic. masticinum de ben. & c.

De pronosticis scirri.

Auic. tertia quarti cap. ij. & purum sephiros, quod habet colorem plumbi & est uehementis tentationis, & duritiei et fortasse super eum est lanugo quaedam, hoc est illud cui non est sanitas, & est quoddam ex eo cuius color est color corporis, & permutatur de membro ad aliud, & nominatur ferinos, & est durum magnum, quod non sanatur, neque permutatur unquam, & quando sephiros canceratur & c. Bac. in cancerum abit si imprudenter medicus nimium humectantibus usus fuerit, nam in habentibus symbolum inquit Aristo. facilis est transitus & c. Gal. 2. ad Glauco. cap. 4. Scirrhus exquisitus qui omnino sensu uacat, curationem non recipit, praeterea durities quae a nimia corporis exsiccatione prouenit, penitus insanabilis est & c.

Auth. dissentientes circa scirrhum.

1. Adserere omnem scirrhum esse posse cum dolore.
2. Adserere scirrhum substantiali differentia a cancro differre.
3. Adserere cum Dino omnem scirrhum quod aliquem sensum habet & dolere esse cancerosum.

Confutatio dissentientium circa scirrhum.

Ad primum Gal. 14. metho. cap. 6. Scirrhum nominamus tumorem durum qui sine dolore est, non tamen omnino sine sensu, idcirco scirrhus siue exquisitus, siue non exactus dolor

uacat, nisi forte cum phlegmone uel erysipelate coniungatur, quod rarum est. Ad secundum respondit Auic. secunda. i. ca. de egrit. comp. quod neque multum distat quin differentia inter cancerum & duritiem existat per accidentia inseparabilia & non propter differentias substantiales & c. Bac. intellige tu ac si diceret quod cancer & scirrhus adeo affines sunt, ut differentijs substantialibus non differant eo quod uterq; ab eadem radicali materia oriatur, sed tantum accidentibus inseparabilibus, quæ sunt pulsatio inflammatio, punctio, dolor, & uenarum apparentia & c. quæ in scirrho, sicuti in cancro esse non possunt. Ad tertium. Non solum facit authoritas Gal. sed & Dino ipsa aduersatur experiētia, quum hoc fieri possit quod aliqui scirrhus inueniatur erysipelatodes, uel phlegmonodes, qui adhuc sensum & aliqualem dolorem retineat, sicuti in praxi quotidie uisitur, & tamen carcinodes non sit, idcirco Dinus sua pace dixerim, in hoc ualde decipitur & c.

De cancro & eius diuisione.

Quod a Græcis *καρκίνωμα*, siue *καρκίνος* dicitur, & a Latinis Cancer, a cancro scilicet fluuiatili ex eo nomē suscipiēs, quod in colore & branchijs tenacibus similitudinem præseferat, est in duplici differentia, nam interdum sine ulcere & latens siue occultus dicitur, interdum cum ulcere, & in extremis plerūque partibus oboritur. Idcirco definiunt, quod cancer sit tumor inæqualis liuescens circum circa durus ac malignus sine ulcere, uel ulceratus cum dolore uel indolens, & in aspectu teter & c. Hoc; plures corporis partes occupat præcipue fœminarum locos & mammas oculos nares aures faciem labra palatum collum inguina splen & iecur & c.

Loci consentientes de cancri definitione

ac diuisione.

Gal. 2. ad Glau. cap. 10. saepe uidimus tumorem forma &

figura cancro animali consimilem. Nam quem admodum in isto pedes ex utraq; parte corporis sunt, ita in hoc morbo uenæ distenduntur, ac figuram omnino similem cancro representant. uide in hoc latius Auicennam 3. 4. cap. 15. ibi. Videtur quod apostema sit nominatum cancer propter unam diuarum rerum, aut propter suā tenacitatem cum membro, aut propter formam suam & c. Aet. ser. 16. cap. 43. Duæ sunt supremae cancerorum differentiæ, quidam enim sine ulcere, quidam cum ulcere consistunt, qui sine ulcere sunt, ab omnibus fere ueteribus occulti appellantur, Philoxenus tñ cancerum occultum priuatim nominauit, qui in utero ac intestinis esset, Bac. simili sententia est Gal. apho. 6. cō. 38. ibi. Cancros occultos dixit, uel eos qui sunt sine ulcere, uel absconditos, hoc est nō apparentes & c. Paul. lib. 6. cap. 45. Cancer tumor est inæqualis oris præ humidis aspectu teter, liuidus & indolens interim si ne ulcere, quem latentem Hip. noiauit, interim ulceratus etc. Quod circum circa durus & malignus sit hoc testatum reliquit Gal. in lib. finit. med. quem uidere poteris, quod autē sceminarum locos & mammæ, & partes quascunq; corporis occupet, ultra Paul. Cels. lib. 5. demonstrauit dicens, id uitium fit maxime in superioribus partibus circa faciem, nares, aures, labra, mammæ sceminarū, & in iecore, et in splene etc.

De causis ipsius canceri.

Causæ primitiue canceri sunt, quæcunq; humorem melancholicum, crassum, ac adustū generare possunt, causæ antecedentes sunt, succus crassissimus. siue atra bilis, quæ si citra feruorem fuerit canceros sine ulcere, at ubi acrior existat cum ulcere eos generabit. Causa coniuncta est ipse humor canceros actus efficiens etc. Loci consentientes de causis canceri.

De causa primitiua uidetur aliqd tetigisse Gal. 2. ad Gla. ca. 10. ubi in Alexandria inquit plurimos tali morbo corripit

propter uictus modum & regionis feruorem. Comedunt. n. farina
 elixata et lentem et cochleas & plura salita et carnes
 asininas & alia quaedam crassum, et atrabilis humorem gene-
 rantia. hoc idem adserit 3. de temper. cap. 3. ibi. Gignitur non
 raro alijs ex uitioso cibo, alijs ex quapiam in ipso corpore
 corruptella & c. idemet etiam in lib. de atra bile ca. 4. legere
 poteris. De antecedente causa loquitur Auic. 3. 4. ca. 15. ibi. can-
 cer est apostema melancholicum de melancholia adusta a ma-
 teria cholericam, aut in qua est materia cholericam cum qua con-
 sta est, non a pura foeculenta etc. Bac. ut intelligas Auic. scias
 uelim quod duplici modo atra bilis efficitur adusta, uel quoniam
 in propria essentia adurit, uel quoniam ex adustione flauae bilis
 nascitur. species autem atrae bilis, quae a flaua bile uehementer
 assata generatur deterior satis est quam quae ex sanguine crassio-
 re originem trahit. ut Gal. 3. pronost. co. 29. demonstrat. idcirco
 Auic. a materia cholericam, aut in qua est materia cholericam di-
 xit, ut deteriore melancholia specie denotaret. Gal. 14. me-
 tho. ca. 17. Tenuissimus est humor qui herpetem exulceratum
 excitat, crassissimus qui cancerum, et in lib. de Tumor praeter natu-
 ram ca. 8. Verum citra feruorem atra bilis canceros constituit,
 atque eos cum ulcere ubi haec acrior fuerit. uide etiam illum in lib.
 de atra bile cap. 4. & omnes causas ad unguem intelliges.

De signis canceri.

Tumor cancerosus non facile dum adhuc incipit percipitur.
 nam adeo exigua atque confusa sunt eius rudimenta, ut facile uulgum
 latere possint. incipiunt. n. cum tam parua mole, ut uix ciceris, uel
 fabae magnitudine aequet, at quum magnus effectus sit cancer
 adeo euidentis est, ut ne puerum quidem clam sit. tuncque cogno-
 scitur ex duritie, colore liuido inaequalitate uerucosa, & ex
 uenis in circuitu tumentibus, quae modo instar pedum canceri
 animalis effigiem representant, modo minime uisuntur.

Hic tumor tactus prementi digito renititur, interdum dolores late diffusos & pungentes infert, alias etiam in alijs eos non generat. plus etiam satis nigricat q̄ inflammatio cum calore tamen non ita ingenti, at ulceratus purulentum uirus factisq; foetidum effundit, & iugiter erodens cum cohiberi non possit alta ac profunda penetrat labri q; pratumidis ulcera inaequalia sordida & grauiter olētia pra se fert, quae uix nisi manus opera intercederit curationem admittunt.

Locis contentiones de signis cancri.

Gale. 14. meth. ca. 9. Vitium quod modo describimus alias confusa exiguaq; quae uulgu fortasse latere possint, affert symptomata, alias ita uehementia & magna & cunctis euidētia, ut ne puerum quidem clam sint, quum autem adhuc incipit nihil miri est si uulgus lateat, non secus profecto q̄ styripes, quae e terra iam exeunt, quando haec quoque peritis tantum agricolis cognoscuntur & c. Itidem ait Auic. tertia quart. ti. cap. 15. ibi. & in primis cum accidit est occultae dispositionis, & quando apparet in principio ambigitur esse eius, & est sicuti faba parua & c. Gal. in lib. de tum. praeter naturam, cap. 8. nigriores sunt colore cancri omnibus quae inflammatione infestantur, & minus calidi uenae in his replentur & tenduntur magis quam in ipsis inflammationibus & c. Hoc idem repetit cap. 13. eiusdem lib. ubi inquit quod si atra bilis mordax fuerit, cutem circumpositum exedit, & uirus effundit. De cancro ulcerato habes plurima signa ex Paulo lib. 3. cap. 67. ibi, exulcerato cancro praeter dolores & c. Auic. loc. cit. & quandoq; reducit eum ad ulcerationem curatio eius cum ferro & ponit ei labia grossiora & duriora & c. Vide in hoc latius Aetium ser. 15. cap. 43. ex Archigene & Leonida, & de cancro tam sine ulcere quam ulcerato plura intelliges, ibi. Cancro itaque non ulcerato & c. De ulcerato autem

inquit. At uero ulceratus assidue erodit, et ad profundum suffodit, nec sisti potest, & saniem emittit omni ferarum ueneno deteriore, copia & odore abominabilem &c. Vide etiam Cel. lib. 5. ibi circa locum aliqua quasi puncta sentiuntur &c. Gal. 2. ad Glau. cap. 10. ubi in molem satis insignens attollitur, nemo sine manus opere potuit curare etc.

De curatione canceri

Curatio canceri non ulcerati trinas duntaxat indicationes in se continet, quarum prima est humoris a quo uitium progreditur, euacuatio, Altera uero erit prohibitio (si fieri potest) ne de cetero humor atrabilis generetur & in uenis colligatur. Tertia est ut locus affectus repulso ac discusso humore in eo præter naturam contento, sane integer restituatur. Vacuatio igitur ut pluries repetitum est, tum per sectionem uenarum tum per ea quæ humorem melancholicum purgant, fieri poterit. Sectio conueniet plurimùm, si ætas uires & cetera huiusmodi permiserint, eiusque interdum uicem supplebit menstruorum ac hæmorrhoidarum euacuatio, si minus purgantibus medicamentis quæ atrabilem uacuandam faciant, (scilicet tamen aliquali præparatione) utemur, non erit igitur incongruum si in primis diebus simplici medicamento purgante quale est ipsum epithymum uacuabimus. Nam quatuor eius drachmæ in sero lactis aut mulsæ propinatæ, si tertio quoque die exhibeantur, maxime conferunt. Quod si hoc non profuerit, nihil prohibet quo minus ad composita in hac re ualentiora te conferas, qualia sunt, quæ nuper in scirrhii capita demonstrauimus quibus etiam annumerantur & hiera Ruffi et Medicamenta nonnulla Gal. Auic. & Razes in capite de melancholia descripta, Interim ne illius regulæ mesues obliuiscaris, quod sensim blande & per interualla non semel & simul astatim in hoc morbo uacuandum est. Secunda uero in-

dicatio, quæ ne humor melancholicus colligatur, prohibet, ea sanè perficietur, si in sex rebus nō naturalibus, nihil sit, quod non refrigeret ac humeflet, unde uictus ratio in primis frigida & humida instituitur, cibariaq; tum probi succi, tumq; tenuem ac probum sanguinem generent, assumantur, cuiusmodi sunt omnes carnes autum exceptis palustribus, pisces petrosi, & ex oleibus malua, atriplex, bletū & cucurbitæ, sed ubi caliditas loci super abundauerit, & succus ptisanæ copiosus, & interdū lactis serū maxime proderit, tertia indicatio quæ humorem iā in particula contentum repellit ac dissipat, certe absoluetur, si primū locus affectus dum totum uacuatur corpus, ita roboretur ac firmetur, ut ne quid redundantis humoris melancholici ad eum confluat, & si quid iam confluit discutiatur, uerū quia & ad discutiendum & repellendum materia inepta est, sed contumaciter repugnat, idcirco medicamenta ea eligenda sunt, quæ in reprimendo ac discutiendo mediocria sint, & qualitate non mordicantia, alioqui si uehementiora fuerint ac diximus, periculum est, ne materia inueniens cōtenta magis crassecat & contumacior reddatur, nec mordicantia sint inq; ne malignitas humoris ex mordacitate irriteretur ac effrenet, conducunt igitur & solani succus, & ex metallicis ustis et elotis, tucia plumbū, cerussa, & quæ ex his componuntur, ut diapompholix, diapalma, emplastrū de cancris Auicēnæ, quæ nisi profuerint, tunc cancer aut blādius satis placādus est, aut per manus operā auferendus, aut nullo modo curandus erit, in exacerbatione igitur placandus est cū emplastro, quod recipit rosas melilotum semen papaueris omnia cum passō trita coquito, & cū uitelis ouorum mixta subigantur, prosunt etiam folia althææ cocta & imposita, similiter cataplasma ex folijs plantaginis semine papaueris & psyllij cum dactylis pinguibus & adipe anserino subactum

utiliter adhibetur. Quod si cancer per medicamenta non ce-
dat, si quando per sectionem eum curare ausus fueris, post to-
tius humoris melancholici purgationem, id totum quod ui-
tium est, abscondes, eo tamen modo ut nulla cancri radix su-
perfit, & sanguinem eousq; fluere permittes, quo etiã te pre-
mente uicina partes ipsum crassiores detrudunt, moxq; can-
crum aliorum ulcerum modo curabis, cancrum uero occul-
tos, nec per sectionem, nec unctionem tentabis, sed potius inta-
ctos eos relinques &c.

Loci consentientes de cura
cancri.

Gal. 14. metho. cap. 9. Communis indicatio est, ut humo-
rem unde uitium est natum, illico uacues, mox prohibere po-
tissimum si fieri potest, ut de cetero eiusmodi succus in uenis
colligatur sin id fieri nequit, saltem eum omnino ex interual-
lis euacuare, & simul particulam firmare, nequid humorum
redundantie ad eam confluat &c. & sic tres sunt curandi in-
dicationes. Auic. tertia quarti cap. 16. loquens de uacuatione
dixit, & iam antecedit mundificatio corporis per solutio-
nem uentris ex materia mala, & phlebotomia, & sumat in
potu multas uicibus inter quas sint dies pauci quaq; uice qua-
tuor aureos epithymi cum aqua casei, aut aqua mellis aut de
coctionem epithymi in syrupo acetose &c. Gal. 2. ad Glauco.
cap. 10. itidem habet ibi, quod si etis & uires permiserint
sanguis prius mittendus est, & menstrua in mulieribus euo-
canda &c hoc idem dicit Paulus libro. 4. cap. 26. ubi epithy-
mum in sero lactis uel mulsæ exhibitum laudat, & hieram
quæ nigrum ueratrum recipit. De secunda intentione loqui-
tur Gal. 2. ad Glauco. cap. 10. ibi, in uictus ratione succus pitui-
tæ abundanter exhibendus et serũ lactis, ex oleribus malua attri-
plex, et bletũ, et qñ tẽpus tulerit, cucurbitis utẽdũ et piscibus

petrosif, & auibus omnibus exceptis paluſtribus &c. Paul.
 libro. 3. cap. 67. cibus dabitur, qui facile in corporis membra
 queat diſtribui, boniꝫ ſucci, uinum pauciſſimum aquoſum,
 acrium eſus, & omnis repletio uitanda eſt &c. De tertia in
 tentione habes plurima ex Gal. 1. 4. meth. cap. 9. ibi. poſt pur
 gationem illud de omnibus eiufmodi affectibus eſt præceptũ,
 quod uel retro regerere humorem, qui in mēbro procubuit,
 oportet, uel ipſum digerere. præterea quod in principio qui
 dem tam in ipſo purgationis tempore, quã ante, id repelle
 re, ubi iam totum corpus purgaueris digerere, ubi tamen me
 diocris purgatio tantum præceſſit, mixtum eſſe quod applica
 bitur pharmacum ex repellente digerenteꝫ facultate conue
 niēt &c. Auic. 3. 4. cap. 18. quatuor intentiones circa curatio
 nem cancri docet, quæ ſunt cancri deſtructio, prohibitio addi
 tionis, prohibitio ulcerationis, & curatio ulcerati. Prima fit
 cum eo in quo eſt reſolutio eiufmodi quod collectũ eſt, & expulſio
 eiufmodi quod præparatum eſt ad colligendum in mēbro, unde ex
 medicinis bonis laudat mineralia abluta ſicuti eſt tucia &c.
 Prohibitio additionis fit inquit cum abſciſſione materiei &
 retificatione cibi, & confortatione membri cum medicinis
 repercuſſiuis notis, & laudat aquam coriandri & empla
 ſtrum ex agreſta trita. Prohibitio ulcerationis fit cum ijs me
 dicamentis in quibus non eſt mordicatio, & ſunt terra ſigil
 lita bolus armena, oleum omphacinum, aqua ſemperuiue, ce
 ruſſa cum ſucco lactuce aut mucilagine pſyllij, aut emplaſtrum
 cum cancriſ ſummatilibus recentibus cum clymia curatio, ul
 cerati fit cum panno in aqua ſolatri inſuſo, & quotiens exit
 caeur maderat deſuper cum aqua eiufmodi etc. Aet. ſer. 16. ca. 48.
 In exacerbationibus non ulcerati cancri roſas melilotum ſe
 men papaueris cum paſſo paululum trita coquito, & cum ui
 tellis ouorum ſubacta imponito &c. Paul. lib. 4. cap. 26. loco

dolenti & præcipue in ulceratis cõmendat succum solatri cũ molli linteo impositum & medicamētum, quod ex pompholyge constat, Gal. 14. meth. cap. 9. Cæterum si quando cancrũ per chirurgiam curare audebis, expurgato humore melancholico ubi totum quod uitiatum est, prorsus excideris, sicut nulla supersit radix sines effluere sanguinẽ, nec prope eum inhibebis, imo premendo potius que circa sunt, uenas exprimes ex his crastorem sanguinem, mox alijs ulceribus similiter curabis etc. Quir aut occulti cancri curari non debeant lege Gal. apho. 6. cõ. 38. & rem satis apte intelliges & c.

Obseruationes circa purgationem.

Halyabbas in purgando non eris unica euacuatione contentus, sed sepe & sepius purgare oportet, donec cognoueris materiam cancrum facientem esse penitus uacuatam, itidem ait Gal. 2. ad Glauco. ubi inquit quod tam diu faciendum est, donec sanitas pristina subsequatur, & ratio uicinus optimos generans humores interim adhibeatur & c.

Cancro conferentia.

Conferunt cancro, alumen cum lumbricis, puluis antimoniij, cinis cancri marini cum plumbo cancer fluuiialis cum melle, stercus capræ cũ melle, caulis crudus sepe appositus, chelidoniij radix, cerefoliũ cũ melle, succus et semẽ dragantæ, helleborus niger, caricæ pingues tanq̃ singulare remediũ non ulcerato, multipeda cũ terebinthina, nasturciũ cum albo oui et aceto, oleũ de iunipero, de fraxino, passulæ cũ ruta, plumbũ cum oleo, lac tytimali, serpentaria, urticæ semen, unguentum Arabicæ de uxijsur Auic. cera lota, hieralogodion, hiera Razes, confectio hamech, decoctio epithymi, pilulæ de fumoteræ, de lapide lazuli, diasenæ.

De pronosticis cancri.

Aet. ser. 16. cap. 44. Cancros in pectore obortos omnino

deploratos esse scito, quemadmodum & eos qui in capite collo, humeris, sub alis & in quibus generantur. sunt enim in curabiles, nam præterquam quod perfecte tolli non possunt, sanguinis eruptionis timor incumbit ne ex ea æger inter manus pereat, eos uero qui summitatem pupille occupant, affecte partis sectione facile curaueris & c. Celsi lib. 5. non idem periculum carcinoma affert, nisi imprudentia curantis agitur est, & paulo post subdit, neq; ulli unquam medicina proficit, sed adusta protinus concitata sunt, & increuerunt, donec nec occiderent, excisa etiam post inductam cicatricem tamen reuerterunt, & causam mortis attulerunt & c. Gal. 2. ad Gla. cap. 10. Intentio est tumorem præter naturam, qua partibus sanis adheret abscindere, sed ob uasorum magnitudinē, quum præsertim fuerint arteriæ, profluij sanguinis statim periculum imminet, quod si laqueis eas circumprehendit, <sup>ostium adu-
m</sup> insequuntur, si autem & morbi radices exurere statuas, neq; huic rei maximum periculum deest, quum prope loca mortalia fit insignis adustio & c. Hippo. apho. 6. apho. 33. Cancros occultos omnes melius est non curare, curati enim cito pereunt, non curati uero longius tempus perdurant. Bac. Cancros occultos uocat, qui in penitioribus corporis partibus latent, sicuti in palato, in sede, & in sinu muliebri, quos nec sectione, nec uestione, nec aliter curandos consulto dixit, siquidem isti medicamentis, uel aliter irritantur breui homines interimunt & c. Paul. lib. 4. cap. 26. Hoc malum planè propter succi crassitiam non consanescit, utpote, quod nec repelli, nec discuti queat, nec totius corporis purgatione cedat, tãq; maleficum est, ut mitiora negligens remedia, uehementioribus irritetur & excandescat & c.

Auth. dissentientes circa cancros.

- 1 Adferere cancerum de uno in alium locum mutari.
- 2 Adferere,

2 Adferere. caneros qualescunq; sint non esse curandos.

Confutatio dissentientium circa caneros.

Ad primum dicit Gal. in lib. de tumor. præter naturam ca-
pi. 8. quod humor qui caneros gignit, ob sui crassitiem, non
ex uasis in circumiectam carnem delabitur, hoc est de uno in
alium locum non mutatum. Obiectio. Alterius opinio-
nis fuisse uidetur Quidius Quum expresse dicat

Vtq; malum late solet in medicabile cancer

Serpere et illas uitiatas addere partes.

Serpere. n. non potest cancer, nisi de loco ad locum mutetur.

Respon. Serpere hic accipitur pro paulatine crescere, si
quidem cum cancer incipit, paruus est, moxq; adeo crescit ut
ingentem locum occupet, sed locum non mutat. Ad secun-

dum Gal. 2. ad Glau. cap. 10. inquit, quod cancerum in princi-
pio saepe sanauit, et tunc præsertim quum atræ bilis humor
admodum crassus uidebatur existere, nam sic purgantibus me-
dicamentis ex quibus sanitas sequitur, prompte succumbit.

Obiectio. Quo modo hoc fieri potest, quum Albucasis
uir in hac re non spernendus dixit se non potuisse sanare ali-
quem, nec alium quemquam uidisse, qui ad id peruenerit?

Respon. Cancer dum incipit, si in loco corporis exte-
rius, in quo possit fieri eius eradicatio, nec de incisione uena-
rum ingentium uel neruorum timor sit facile curatur, et de
hoc non intellexit Albucasis, sed de cancro maligno ac con-
firmato cū dixit, et quando antiquatus et confirmatus fue-
rit, non oportet, ut appropinquetur ei et c. cuius rei dubium
nemini est, quod non curetur.

De inflationis definitione ac diuisione.

Quod a Græcis ἐμφύσησις, siue alio nomine ἐκπερισσῶσις,
et a latinis inflatio dicitur, excrescentia quædam est tumori
similis a flatu inspirato concepta qui modo sub cute, modo

BBb

sub pelliculis ossa & musculos contegentibus colligitur interdum circa uentriculum intestina peritoneum, oculorū palpebras & testium scrota subigitur &c.

Loci consentientes de inflatione.

Nomen emphysema idem fere significat ac si diceret excresecntiam, quæ non aliter quàm siquid cum oris spiritu impletur, prouenit, sed de hac re uberius legere est Gal. in libro isagogico, ubi ~~in uentriculo~~ inquit est excresecntia oculi similis tumori, & fit cum oculus tumefactus maiorem contraxerit pallorem & inflationem &c. Obiectio. Differtne emphysema ab empneumatosi? Respon. Differt tantum ratione loci & non materia, quippe emphysema in locis abditis clam delitescit, empneumatosis uero palam omnibus sese patefacit, uterque tamen affectus a flatuoso spiritu nascitur. Paul. lib. 4. cap. 28. inflatio ex flatuoso spiritu nunc sub cute, nunc sub membranis quæ ossibus circundantur aut musculos, aut aliquod uiscus includunt, collecto, nascitur etc. hoc idem ait Gal. 1. 4. meth. cap. 7. & subdit, porro colligitur aliquando & in uentriculo & in intestinis, et in medio horum spatii & peritonei &c. Itidem habet Aet. ser. 15. cap. 2. & ita sentit Aue. tertia quarti, ubi de apostematibus uentosis mentionem facit. Vide etiam Gale. 4. de uic. in morb. ac. cō. 21. ibi inflatio bifariam est, nempe collecto in quibusdam cavitatibus uel sensui expositis &c.

De causis inflationum.

Cause inflationum effedrices & primariæ sunt quæ eunque natura flatuosa sunt, sicut legumina aqua &c. Cause uero antecedentes sunt calor parum ualidus cibos uel humores pituitosos resolueri non ualens uel ipse cum suapte natura in flatum transeat id, eoque fit, si calor uel extremæ imbecillitatis, aut nimium potens non fuerit, sed quodammodo inter has

affectiones medium obtineat. Causa retenti status est uel crassities membri, uel constipatio pororum eius, aut quia status nimis ex se crassus & nebulosus exire a membro absque medici ope non potest. Causa coniuncta est ipse stuuosus spiritus in aliquo membro inclusus.

Loci consentientes de causis inflationum.

De causis proegumentis consule neotericos practitantes. nam frustra esset omnia in unum congerere, de causis antecedentibus loquitur Gal 6 de Sympt. cau. cap. 2. ubi spiritum uaporantem in uentriculis oriri inquit, quum uel humores pituitosi, uel cibi ab imbecilli calore in uapores resoluuntur, & paulo post subdit, quod calor in cibos agens si parum ualidus fuerit, ut eos quodammodo dissoluit, ita omnino non conficit, atque hinc status siue spiritus exoritur, atque hoc fieri inquit, si neq; calor per extremam imbecillitatē, neq; cum uehementes sunt ei uires, sed quum medium inter has affectiones obtinet. De causis retenti status lege Auic. tertia quarti, ca. 19. ibi. Retinetur propter spissitudinē suam & crassitiem, aut propter eius quod continet crassitiem & pororum constrictionem &c. Paul lib. 4. ca. 28. Membrorum autem densitas tum spiritus simul crassities efficit, ut idem spiritus non dissipetur &c. De causa synectica habes locos ex Gal. & Paulo & Aetio in locis supra allegatis, quos ipse consulito. Auic. tertia quarti, cap. 19. De apostematibus uentosis aliud fit a uapore leui & similatur aestuationi, aliud fit a uapore uentoso &c. Bac. hic locus Auicennae adeo deprauatus est, ut uix possit intelligi quid pro aestuationis uocabulo inferre uoluerit, nā antiquus codex habet aestuationi gentilis, excitationi, Andrea Bellunensis althebegi reddit rationem gentilis quod excitationis uocabulo usus sit Auicennas, quod pro specie adematibus Razes. 13. cont. frequenter habet, significareq; dixit eleuatio

nem, quæ in cachexia fieri solet, sed quo modo hoc in malo habitu cum sit leuis uapor ut supra, eleuationem pariat ut ipse gentilis refert, adhuc imaginari non possum, leuis siquidem uapor facile discutitur, nec præuiam dispositionem præbet ad hydropem, ut cachexiæ nomine demonstratur, nec etiã possum capere, quo modo apostema flatulentum aestuatiõni, id est feruori, ut sonat uocabulum, assimilatur, idcirco nec colex antiquus in hoc mihi satisfacit. Demum quicquid sibi uelit Andreas Bellunenſis pro althebegi tametsi plurima Arabum nomina perscrutatus fuerim, adhuc diuinare non potui. Scio tamen inter Arabica nomina inueniri alterbel, quod ab aliquibus interpretatur inflatio accidens in extremitate, ab alijs quod sit inflatio ex permixtione uaporum cum substantia membri, quicquid horum fuerit, certo mihi magis arripet, quàm altera interpretatio. Quod si impressoris uitio hoc factum sit, ut pro alterbel, legatur althebegi, non castigatiõni Andreae, sed potius typographo adscribatur.

De notis inflationum.

Inflationes facile deprehenduntur ex tumore tactui renitente, nam dum inflatio comprimitur non minus ac uter in status comprimentis tactum impellit, nec impressiõnis uestigium posthac relinquitur. Interdum etiam dum percutitur sonum instar tympani elidit, luceſcit; locus inflatione affectus, & quando; per totum corpus modo huc, modo illuc status impellitur, iuuaturq; æger maxime si ructum uel crepitum tunc emittat &c.

Loci consentientes de notis inflationum.

Gal. 14. metho. cap. 7. Differunt inflationes ab œdematis, quod pressæ digitis non retinent uestigium, siue *µὴ ὑποπέσκειν*, & sonitum ueluti tympanum reddunt &c. Auic. tertia quartæ *lib. 1. cap. 19.* & est ei impulsio & uicissitudinaria accessio, &

Et fortasse causat sonitum percussio ipsius cum manu et proprie quando inuenit spatium ad quod aggregatur, sicut stomachus & intestina & c. Vide in hoc latius Aet. ser. 9. cap. 27. plura signa recitantem ex Archigene, praesertim si partes stomachi inflatio occupet, nam nimis longus forem, si omnia ad unguem recensere uoluerim, nec esse possum ut ille pingens in paruo totum uolumine mundum, in fine tamen inquit Aet. quod aegri leuantur alimento inferne subeunte, et flatibus per ructus siue per intestina exclusis & c.

De inflationum curatione.

Inflationes una duntaxat indicatione remouentur, quae curationis omnium communis est, ut id quod praeter naturam in quocunq; loco sit, euacuetur. Sed particulariter tribus potissimum scopis curari solent, quorum primus est caloris imbecillis roboratio. Secundus est materiae crassae & flatuosae tenuatio. Tertius est densitas meatuum corporis reseratio. At haec minime fieri possunt, nisi & recte uiuendi norma tradatur, efficiaturq; interim ut proba concoctio enadat, ac flatulenti spiritus materia fouens extirpetur. Fugienda igitur quam primum sunt omnia crassa flatuosa humida, cruda, ac uiscosa ut legumina castaneae fructus & c. quorum loco subeant calida attenuantia ac flatum discutientia, porro ipsa concoctio proba efficietur, si uirtus concoctrix cum rebus aromaticis, quale est aromaticum rosaceum, Diacuminum & c. roboratur, uel si ea extrinsecus admoventur, quae hoc idem possint efficere, ut oleum de spica de absinthio de mentha, & quaecunq; simul & semel flatum discutere & concoctionem adiuuare apta sunt, at in extirpatione materiae flatum efficientis maior satis opera danda est, quam in reliquis siquidem uarietas loci affecti, ac flatuosi spiritus crassities et tenuitas, alia atque aliam curationem exposcunt. Si igitur flatus in intesti-

nis contineatur, satis constat hunc ex uitiato uictu fieri, idcirco purgatis per clysterem primum intestinis, per ea quae attenuant ac calefaciunt, quales sunt irrigationes ex oleo, in quo ruta & absinthium bullierint, flatum discutito, confert etiam atque etiam cucurbitula absque scarificatione admota, at si in musculis ex contusione inflatio retenta sit, non calidis et acris (ne inflammationes uel dolores irriterentur) tollenda est, sed ijs duntaxat, quae mixtas facultates habeant, in principio igitur mitigatoria, & in declinatione discussoria adhibebis, ita tamen ne ab alteris ad altera repente transeas, sed detrahis paulatim mitigatorijs discussoria augeto & c. Mitigatoria sunt sapa & sypus oleum & c. Discussoria sunt lixiuum, acetum, nitrum & c. Quod si inflationes antiquatae fuerint, primū lixiuo utitor, mox ijs, quae molliunt & discutiunt etc.

Loci consentientes de curatione inflationum.

Gale. 14. meth. cap. 7. Indicatio curationis omnium communis est, ut quod praeter naturam est euacuetur, in quocumque id contineatur, propria uero post hanc communem est ut tenuissimis & calidis potestate medicamentis utantur & cetera. Quod uero tres particulares sint scopi, habes ad hanc rem iuxta omnes neotericos practiçantes communem sententiam. Paul. lib. 4. cap. 28. loquens de curandi intentionibus dixit huc curandi ratio dirigenda est, ut membra rarefacies crassiorum spiritum extenues & c. Aet. ser. 9. cap. 27. Cibus autem ipsorum diuidatur, ita ut in prandio tertiam, in cena uero reliquas duas accipiant partes, fructuum atque olerum humidorum esum semper habeant suspectam, & multum potum deuitent & c. Lege in hac re Guidonem de cauliiaco tra. 2. ca. 4. & quae fugienda sint circa uictum, quae ue assumenda, longa satis digressione ab ipso intelliges, Ioannes de Vigo lib. 2. ca. 13. inquit, quia inflatio non fit, nisi per errorem cōcoctricis sa-

cultatis, ideo utilissimum esse uirtutem cōcoctricem cum aromaticis speciebus roborare. De flatu in intestinis contento, et de eo qui in artubus & musculis sub cute latet, satis fuse loquitur Gale. 14. meth. cap. 7. ibi. atque in uentriculo & uisceribus, oleum quod tenuium est partium, quodq; rutam habet incōctam id præstabit & c. & subdit aliquando uero cucurbita magna, bis, ter ue sine incisione medio uentri affixa prodest & c. lege uberius hunc generali locum, & inuenies quæcunque a me pridem exarata sunt, itidem habet Auicennas tertia quarti cap. 20. nec ulla in re a Galeno discrepat. idē sensit Paul. & Aetius ser. 15. ca. 2. ubi inquit, at uero musculis ex contusione inflatis ex calidorum & acrium usu partes exacerbantur, & auctis inde inflammationibus musculi læduntur, ac dolores intenduntur, mixtas itaque facultates habere oportet & c. uide illum si habeat. Sic Gale. loc. cit. Debēt enim contusi musculi leniri medicamento, cui mixta facultas sit, quæ simul concoquit, digerat, & modice adstringat & c. & reddit rationem huius adstrictionis, quia inquit si nil adstrictionis tale medicamentum habeat, auget aliquādo phlegmonas maxime in his corporibus, quæ sunt plethorica & c. Paul. lib. 4. cap. 28. Quare per initia medicamenta, quæ magis leniunt adhibenda, ubi facta est inclinatio ea, quæ digerunt & c. Gale. loc. cit. Quæ uero huius generis inflationes inueterarunt, primo ea quæ ex lixiuii componuntur adhibeas. Secundo loco hoc emplasticum, quod ex sordibus gymnasiarum percolatis, & una cum calce uiua ad luti crassitudinem admixtis componitur & c. itidem habet Paul. similiter Auicennas & Aetius, hoc idem remedium commendant, quos legere poteris & c.

Inflationes facientia ex Dioscoride.

Inflationes pariunt allium, capparitis glans, castanea, siccæ

BBb 4

serpitiū porrum, bulbus esculentus.

Inflationum remedia ex eodem.

Inflationes dissipant *aspalathus, amygdale amara, absinthium, anisum, anethum, anthemis, althea, costos, cicer, cyminum, eryngion, epithimum, elenium, hyssopum, hieraciō maris, iuncus odoratus, iuniperus, lac, ligusticum, hordeum, ocimum, peucedanum, rapa sylvestris, rhaponticum, triticum thymoxbalme, urtica, uinacei, uinum chamædryte uinum ab sunthite & cete.*

De pronosticis inflationum.

Faciunt ad earum præfagia satis apte quæcunque infra scriptis aphorismis ab Hippocrate describuntur, quum de inflatione, quæ a spiritu flatuoso progignitur, intelligi possint, Hippo. apho. 6. apho. 40. Quibus dolor circa ilium fit absque inflammatione, ijs febris superueniens soluit morbum. & apho. 7. apho. 53. Quicumque hepar circumdolent, ijs febris superueniens dolorem soluit, Bac. ex hoc Gale. loco conijcere poteris eos qui inflammatione intrinseca laborât, necessario febricitare, unde per uerbum superueniens, etiam declaratur ab Hippocrate nullam fuisse antea inflammationem & c.

Auth. dissentientes circa inflationes.

- 1 Adserere inflationes esse secundas.
- 2 Adserere, ab inflationibus dolorem non posse effici.
- 3 Adserere, inflationes quascunque a superueniente febre dissolui.

Confutatio dissentium circa inflationes.

Ad primum respondet Gale. 4. in morb. ac. cõ. 21. dicens, eos importune facere, qui tumores præter naturam in musculis secant, tanquam pus in imo reperiuri, sed nihil aliud præterquam spiritum, qui totam per carnem minutatim disseminatus est, uel thrombos, uel humiditatem uiscosam inueni-

nerunt, & sic talem sectionem tanquam inutilem ualde reprobat, quod itidem Auicennas dixit tertia quarti, cap. 19. ibi, & quandoque existimat homo quod sit apostema indigens perforatione, quare perforat ipsum & ingreditur uero sitas tantum & c. Ad secundum Gal. apho. 7. cō. 53. inquit quod hepar uehementer dolet tum propter inflationem, tum propter spiritum flatuosum, & sic ab inflatione etiam fit dolor, imo ibi subdit Gale. quod dolor uehemens propter flatuosum spiritum accidit. Ad tertium uidetur ratio & experientia in contrarium posita, nā tympanitis quæ a flatuoso spiritu oritur, tantum abest ut a superueniente febre soluatur, quod etiam magis ab ipsa augetur. itidem dolor colicus, & quæcunq; a copioso spiritu flatuoso proficiuntur, quinimmo spiritus flatuosus ipse nullibi a febre dissoluitur, nisi calor febrilis illius causam superet, & sic non omnes inflationes dissoluntur a febre, sed hec duntaxat, quarum causa minor satis est febri-li calore & cæte.

IOANNIS BACCANELLI
DE CONSENSV MEDICORVM
in cognoscendis Simplicibus
Liber.

Quo modo simplicium facultates cognosci possint.

Dictum est a Gale. in secundo de simplicibus medicamentis, quod in expendendis simplicium facultatibus, neq; odoribus, neq; coloribus, neque similibus accidentibus fidem adhibere studeamus, sed ijs duntaxat, quæ tum in sanis, tum etiam in agris corporibus perspicuo apparent. Non odoribus inquit quia simplicium temperaturæ his